

# PIÈCES JUSTIFICATIVES.

---

## I. PROŒMIUM.

(AVANT-PROPOS.)

*(Archives cantonales, à la Cathédrale de Lausanne. Grosse des droits de l'abbaye du Lac-de-Joux, cotée n° 29.)*

Quoniam jura baronum Sarratæ multiplicia sunt, quæ habent in abbatia lacus juriensis et valle ejusdem, et, nisi, aliquo ductu, gradatim intelligantur, tædium generant legentibus, et ut expedientius pateat de initio foundationis ejusdem, et prius et posterius, ipsorum jurium hic per capitula habetur designatio.

Sciendum tamen quod eadem jura baronis et jura abbatia concurrunt ad invicem, tamquam conglutinata.

Verum est autem quod illa abbatia erecta fuit et fundata in valle ubi est lacus et juxta lacum, a parte orientis, per barones dominos Grandissoni et Sarratæ, qui simul tunc temporis erant et unius tantum domus.

Et quamvis tenerent Grandson, Sanctam-Crucem, Cletas,

Belmont, Sarratam, Staviacum<sup>4</sup>, et plures alias domus in Vuauado, nemini subjiciebantur præterquam immediate Imperatori, ut patet instrumento, confirmatione Imperatoris Frederici, de anno millesimo centesimo octuagesimo sexto. (1186.)

Ædificaverunt autem ipsam abbatiam in eorum feudo et dotaverunt eam de tota valle et lacu et appendentiis suis.

Et diversi nobiles, residentes in Cuarnens, vassalli ipsorum baronum, similiter condonaverunt quidquid habebant in eadem valle, quod ad directum et utile dominium tantum. — Et monachos præmonstratenses ibi locaverunt, et in ibi locum sepulturæ suæ ordinarunt, ut patet scriptura antiqua data anno millesimo centesimo quadragesimo (1140,) et certa alia data anno millesimo centesimo quadragesimo nono (1149).

Et pro notorio haberetur in tota patria Vuaudi quod illi barones ipsam abbatiam inceperunt, ædificaverunt, et dotaverunt, bonis suis, unde restant apparentiæ, nam in ecclesia et ædificiis adhuc patent insignia armorum ipsorum baronum.

Qui barones, velut advocati et fundatores, eandem abbatiam et monachos pacificaverunt cum abbacia Sancti-Eugendi (*St.-Oyens, St.-Claude.*) quæ eandem vallem et lacum et appendentias sui juris protendebat, et grandis altercatio duravit longo tempore inter easdem abbatias, quæ fuit sedata patrocínio nobilis Ebali de Grandissono, baronis Sarratæ, qui viriliter se habuit, sicut legitur diversis litteris. (a<sup>i</sup> 1155, a<sup>i</sup> 1157, a<sup>i</sup> 1219, a<sup>i</sup> 1186.)

Ac semper se habuerunt illi barones Sarratæ quomodo propinquiore pro fundatoribus, advocatis, et gardianis ipsius abbatiae, defendendo jura sua et subveniendo monachis, quando necesse fuit, sicut patet litteris, et per commissiones et mandata abbatiae præmonstratensis, quæ ad reformandum sæpius fuerunt deputatæ, sicut legitur in litteris de quibus infra fit mentio.

Et si aliqua bona fuerint ipsi abbatiae, per aliquos alios do-

<sup>4</sup> Estavayer.

minos nobiles donata, hoc fuit suasu dictorum dominorum fundatorum et ex devotione.

Decimæ enim quas habent in terra Cletarum et Bellimontis processerunt a dicta domo Grandissoni.

Post autem certum tempus, quidam dominus Sarratæ ampliavit dotationem dictæ abbatia, donando eisdem abbati et conventui exercitum jurisdictionis in ea parte dictæ vallis in qua jacet abbatia, videlicet, a parte orientis, ad lacum, sicut patet per litteram, incipientem «Nos Stephanus,» datam anno millesimo tercentesimo septimo (1507 avril).

Unde, ab inde, gavisus sunt monachi illo dono, impune exercendo ibidem, per duos officarios, dudum scientibus et patientibus dominis Sarratæ, fundatoribus, qui etiam gavisus sunt de iis quæ ibi retinuerant.

Sane, postea de anno millesimo tercentesimo quadragésimo quarto (1344, 24 avril), nobilis Franciscus de Sarrata vendidit perpetuo illustrissimo domino Ludovico de Sabaudia, domino Vuaudi, quidquid juris habebat in eadem abbatia et valle ipsius abbatia sicut serius habetur in littera cujus duplum est post scriptum, in qua venditione reservata fuerunt plura ipsi domino Sarratæ.

Prætextu cujus venditionis, idem dominus Vuaudi acquisiit quidquid habet in ipsa valle, qui, per prius, nihil, præter superioritatem imperatoriam, cujus est vicarius, habebat.

Et ab inde juraverunt fieri recognitiones metuendis principibus nostris Sabaudia (In manibus *Mercerii* a<sup>i</sup> 1402; *Balay, Johannis* 1403, 18 julii; *Guiberti, Jacobi*, 1449, 16 januarii), de quibus tenores inserti sunt inferius.

Patet oculenter, per primo deducta: quod illi barones Sarratæ fuerunt et sunt fundatores dictæ abbatia, et fortius attenditur ex tenoribus confessionum factarum, per abbates et conventum ipsius abbatia, dictis baronibus, quarum tenores infra sunt descripti, in quibus semper confitentur eosdem barones esse fundatores, advoerios et gardianos suos, et ita eos tenuerunt usque in præsentem diem.

Nec restat præterquam video si per jura domini nostri præ-

celsi Ducis, olim ex dicta venditione facta per nobilem Franciscum de Sarrata, jus patronatus fundatoris, advocacionis et gardiæ dicti baronis Sarratæ fuerit elisum et in dominum nostrum Ducem translatum.

Et, prima fronte, videtur quod sic attenda verborum ad id sonantum multiplici replicatione, ubi dicitur : « quidquid juris tituli, actionis, rationis ..... etc., in tota Valle lacus juriensis, secundum confines adjectos, et in juriis, ..... etc. »

Sed, quamvis, in principio, voluntas venditoris, per ejus verba, se extenderet ad omnia quæ tunc habere poterat, terminus tamen ille « quidquid juris » videtur sonare quod ea quæ ibi designantur non omnino sibi competebant, quia, si ea quæ ibi seriose (seriatim) digesta sunt sibi competissent omnino, profecto dixisset : « vendo advocatiam et jus advoëriæ, et utile et directum dominium quod habeo ..... etc. »

Sub inde notandum est quod idem venditor multa sibi reservavit : et 1<sup>o</sup> quod non teneretur ad quamcunque gueren-tiam, nisi de facto suo, ex quo præsumendum est non fuisse verum dominum insolidum, sed pronuntiabat consortem, vel forte alteri jam jus esse situm in eisdem. 2<sup>o</sup> Item, reservavit usum suum in juriis, nemoribus et pascuis. 3<sup>o</sup> Item, usum piscandi. 4<sup>o</sup> Item, facultatem transeundi per eundem locum mercantias, solvendo pedagium. 5<sup>o</sup> Item, vicedomnatum in tota Valle et alia quæ ibi seriose (seriatim) declarantur, et de quibus ipsi barones Sarratæ adhuc gaudent. 6<sup>o</sup> Item, merum et mixtum imperium. 7<sup>o</sup> Item, ultimo, retinuit omnia jura et omnes actiones sibi competentes quoquo modo contra dominum abbatem et conventum dictæ abbatæ, et eorum successores, et bona ratione debitorum, venditionum, actionum et obligationum, in quibus dicti religiosi sibi sunt obligati, exceptis rebus venditis, per quam reservationem intelliguntur jura advocacionis, foundationis, patronatus et gardiæ, ipsius baronis Sarratæ, et alia jam sibi reservata in littera de qua super fit mentio (1507, avril), incipiente : « Nos Stephanus de Vienna », ubi agitur de alto dominio in abbatia et adjacentiis citra lacum ;

unde tenendum est quod illa eadem jura non fuerint vendita, nemo enim in alium potest transferre plus quam habet.

Harum autem reservationum vigore, remanserunt dicti barones Sarratæ, semper ac semper, dicta venditione stante et non obstante, advoërii, advocati, fundatores, gardiani et patroni dictæ abbatiaë, sicut patet scripto, per confessionem abbatum et conventus, et facta : per investituras factas, per eosdem barones, de ipsa abbatia, quotiens, a dicta venditione, contigit, scientibus et nunquam contradicentibus dominis nostris summis principibus et eorum officariis Cletarum, quorum intererat, si interfuisset.

Et, ut de antiquis sileam, pro notorio habetur quod baro qui pro tempore erat dudum precibus, tamquam patronus devicit quemdam fratrem, Ludovicum de Senarclens, ad regendam ipsam abbatiam, post obitum cujusdam qui male regerat, et ipsum investivit. Deinde, fuerunt electi et instituti abbates, persuasione dictorum baronum, Petrus, Henricus et Johannes de Romano-monasterio, successivi, et per dictos barones investiti. Deinde, Vullielmus de Bettens fuit electus et provisus per eorum patrem abbatem ipsius abbatiaë, et per dictum baronem Sarratæ investitus, qui Vullielmus, senio fractus, resignavit, de consilio et assensu nobilis Guillielmi, domini Sarratæ, baronis, Nicolão de Grufiaco, et per eum baronem Sarratæ fuit investitus; post cujus Nicolai obitum, electus fuit frater Johannes Pollenus in abbatem, de consilio et persuasione nobilis Nicodi, baronis Sarratæ, qui eum investivit et sustinuit contra quemdam Garrilliatum qui, auctoritate apostolica, volebat tenere eandem in commendam (qui voulait en être commendataire), et qui Garrilliatum, ad prosecutionem dicti Nicodi, baronis Sarratæ, fuit, per piæ recordationis principem, dominum nostrum, Karolum, Sabaudiaë ducem, condemnatus ad relinquendam abbatiam abbati, et, habitu proviso, mediante quadam pensione; et hoc actum in castro de Rivoles. Deinde, resignavit idem, Johannes Pollenus, Johanni de Tornafollo, qui, provisus per suum ordinarium abbatem præmonstratensem, et etiam Sedem apostolicam, fuit investitus per dictum Nicodum, baronem Sar-

rata. Deinde, resignavit ipse Jahannes de Tornafollo cuidam fratri Aymoni, canonico suo, de consilio semper ipsius baronis, qui eum investivit, et, quia cito obiit, iterum resignavit Jacobo Varnierio, canonico suo, de consilio et assensu dicti baronis, qui eundem Jacobum investivit.

Nec comperietur quod unquam dicta abbatia fuerit provisa de abbate novo sine consensu dictorum baronum, quia patroni (sint), nec quod unquam aliquis ipsorum abbatum fuerit investitus nisi per barones Sarratæ, et hoc fuit pacifice, absque eo quod unquam, parte illustrissimorum principum, dominorum nostrorum, ducum, fuerit contradictum, vel innovatum.

Cum autem hæc præmissa sic se habeant, et quæ omnia facta reperiuntur, a dicta venditione citra, patet barones Sarratæ, virtute dictarum reservationum factarum in venditione, et prætextu donationis pridem factæ, ut in littera « Nos Stephanus de Vienna », remansisse advoërios, fundatores, gardianos, atque patronos, ipsius abbatia, et qui pro talibus se gesserunt, et, ab ipsis abbatibus et conventu, habiti sunt notorie et publice, pacifice et quiete.

Et, quod ita sit, patet per confessiones hactenus factas per abbates, de quibus tenores infra habentur.

Quod ad vero recognitiones factas in manibus commissariorum ducalium, videlicet Mercerii et Balay, ea quæ in eisdem recognita sunt adhuc et diu illibata consistunt et spectant prælibato domino nostro Duci, videlicet: totum dominium, merum et mixtum imperium et omnimoda jurisdictio in et super homines habitantes in villagio appellato *Locus* et confinio ejusdem, quod villagium, et confinium ejusdem, situatum est ultra lacum, a parte occidentis, et nulli dubium quin ipsi domino nostro duci competat omne dominium jurisdictionis super lacu et ultra lacum, sed non citra lacum, quia etiam dictæ recognitiones non complectuntur nisi confinium *Loci*, et sic abbatia et terra adjacens lacui a parte orientis remanent extraneæ a dictis recognitionibus, et nulli dubium quin ipsi commissarii bene amplexi fuissent, si hoc et verum esse reperissent. Et quod ad recognitionem factam per venerabilem de Bettens (Vulliellum),

in manibus Guiberti, non est illi se arrestandum quoad ea quæ ultra procedentes recognitiones addidit, cum non haberet materiam sufficientem ad id petendum, et, quidquid fuerit tunc recognitum ultra procedentes, illud fuit erroneum; quidem emendari decet, nec potest præjudicium ferre ecclesiæ, quæ vitium personæ non præjudicat, ecclesiæ etiam cum protestatione solita debent corrigi.

In-super, notandum est quod, in illis recognitionibus factis per abbates et conventum, nulla mentio fit de advoëria, fundatione, gardia et patronatu ipsius abbatix, quod, videlicet, dominus noster dux fuerit, vel sit, advoërius, etc., ex quo verisimile dicendum est, attentis (observées) confessionibus factis baronibus per abbates, advoëriam ipsam, gardiam et patronatum sibi, fundatoribus, competere, prout competit, qui et ipsam, et quidquid tenent in Valle abbatix, tenent in feudum ab illustrissimo domino nostro duce sub illo termino « vicedominatus », et quæ in feudo suo expressa fit mentio.

Nec comperietur quod unquam officarii Cletarum exercuerint aliquod actum jurisdictionis mediæ citra lacum, quamvis forte persequi visi sint aliquod criminis homicidium, de consensu tamen abbatum et baronis Sarratæ, sed officarii abbatis et baronis Sarratæ exercuerunt.

Et adhuc extant instrumenta diversorum actuum justitiæ privatæ, remissionis Stephani Aubert, de Loco, qui fuit remissus, per castellanum Cletarum, officario abbatis, eo quod captus fuerat (fuisset) citra lacum, per dictum castellanum Cletarum, et alii diversi actus, bampnorum, barrarum. Unde, protendunt, tam ipse baro Sarratæ quam abbas lacus juriensis, quilibet ipsorum, prout sibi competere potest, respective habere, et sibi competere, exercitium jurisdictionis, meri et mixti imperii, atque dominium, in ipsa abbatia, ac adjacentiis suis, citra lacum, et hoc vigore præactorum titulorum, et de iis fore possessores.

## II.

Concession de diverses terres à l'abbaye du lac-de-joux et à sa maison de Rueyres, faite par Berthold, évêque de Lausanne.

Anno 1215.

(*Archives cantonales à Lausanne, Registres-copies du Bailliage de Romainmotier. T. II. N<sup>o</sup> 525.*)

Bertholdus Dei gratiâ lausannensis episcopus serie volentibus rei gestæ memoriam. Noverint tam moderni quam posteri quod nos intuitu domini et ad preces Gaymari dilecti nostri venerabilis abbatis de lacu juriensi quasdam terras quæ nos per viam contingebant in territorio de Poydoux<sup>1</sup> scilicet in Pra-Archier uti Comba-aliena, in pratis de Curbiron, in pratis de Drugey, in prato dou Sassel, tres virgæ terræ super condominium de Arly, campum de Grassi, campum de Combes-en chosa-bontier, le bosco de Tolonval, pratum de Pontoris in prato communalî, terra Johannis Sonver et la Pieça-ongnychon cum omnibus investituris quas tunc possidebant, concessimus et confirmamus domui de Lacu jurensi et de Rivorio<sup>2</sup> in perpetuum pacifice possidendas. Huic autem concessioni et confirmationi interfuerunt testes Girardus, Williermus, Humbertus, Falco, de Lacu Jurensi canonici, Johannes dominus Cossoniaci<sup>3</sup>, Borcardus advocatus, Petrus Tardis de Corberes, Ebalus de Escublens, Ludovicus dapifer<sup>4</sup>, Humbertus, Williermus milites et alii quam plures. Factum est hoc anno ab incarnatione Domini millesimo ducentesimo quindecimo.

Ut autem factum istud firmum maneat et inconcussum sigilli nostri et nostri capituli impressionibus fecimus roborari præsens scriptum.

<sup>1</sup> Poydoux, à Lavaux;   <sup>2</sup> Rueyres idem;   <sup>3</sup> de Cossonay;   <sup>4</sup> Dapifer, Sénéchal de l'Evêque.



## III.

Accord entre Humbert de Vuflens et l'abbaye du  
Iac-de-joux.

Anno 1217.

(*Archives cantonales Copies Registres du Bailliage de Romainmotier. Suppl. IV Chartarii Dynastiæ Romainmotier classis secundæ et tertiæ N° I.*)

Capitulum lausannense, omnibus scire volentibus rei gestæ notitiam. Notum sit, quam præsentibus et futuris, quod dominus Umbertus de Wolfens movit calumpniam adversus fratres de Lacu pro quibusdam terris quas tam ipse quam pater ejus et dominus de Murichier (Montricher) pro dictis fratribus in eleemosinam dederant, maximè autem pro eleemosina Iacobi domicelli de Murichier, qui jam dictis fratribus dederat in eleemosinam quidquid habebat apud Quarnens et Vilar-Boson mediantibus siquidem viris prudentibus fratribus et domus de Lacu de iis omnibus se querentem legitimum esse promisit et ex omnibus investituris quibus tunc jam dicta ecclesia investita fuerat pacem fecit, excepto quodam homine Willet nomine de Sivrîe, quem uxor domini Petri de Murichier eisdem dederat in eleemosinam. De hoc homine dictum est quod ex quo profata domina terram ejusdem Petri de Murichier obmiserit possidere, fratres de Lacu Umberto de Wolfens (Wuflens) si requisierit faciant rationem et tertiam partem tenimenti Willeti quæ fuit Girardi sæpe fatis fratribus in pace dimittat. Hanc laudationem et pacem fecerunt uxor ipsius et liberi quorum ista sunt nomina: Alies (Alix), Aimò, Rodulphus. Abbas autem et fratres de Lacu dederunt sæpe dicto Humberto quidquid habebant in Hantim de Vilar-sos-Jens et quatuor libras lausannenses, tali scilicet pactione quod si quis in prædicto homine aliquid quæreret a fratribus de Lacu minime obtineret. Ut autem hæc omnia rata maneant et inconvulsa assensu utriusque partis et precibus præsens scriptum sigilli nostri impres-

sione et testium subscriptione jussimus roborari. Testes sunt hi : Williermus abbas Humilis-montis, Girardus prior de Lacu, Stephanus, Umbertus, Girardus, Falco, canonici de Lacu, Reymondus dominus de Volflens, Umbertus de Monte, Reymondus de Sancto Symphoriano, Petrus de Willerens (Vullierens), Uldricus de Baües (Bavois), milites, Andræas capellanus de Columberio, Williermus miles de Chabbie (ancien nom de l'île), Umbertus capellanus. Actum est hoc apud Syvirie per manum domini Geymari tunc abbatis de Lacu, recognitum Lausannæ anno gratiæ millesimo ducentesimo septimo decimo.

## IV.

Accord entre les couvents de Romainmotier et de l'abbaye du Lac-de-joux au sujet des terres de Villars-Jorens et de Colombier.

Anno 1219.

(Archives cantonales Registres-Copies du Bailliage de Romainmotier. Supplément T. I N° 1.)

Ego Humbertus Dei patientia dictus abbas de Lacu omnibus scire volentibus rei gestæ memoriam. Notum sit, tam futuris quam præsentibus, quod cum ecclesia Romani monasterii ecclesiam nostram diutius inquietaret pro terra de Vilar-Jorens quam Rodulphus de Monte et Reymondus Engrirams et Humbertus filius Bover de Moirie ab ecclesia Romani-Monasterii pro annuo censu detinebant et hanc ipsam nobis in elemosinam dederunt, et etiam pro terra de Colombier quam ab ecclesia de Valorbes pro annuo censu possidebamus nec ab incepta inquietatione nostra cessaret, ne altercationes hinc inde propositæ in discordiam verterentur litem sopire decrevimus contestatam sane ipse Stephanus prior Romani-Monasterii totius conventus sui utens consilio terram jam dictam de Vilar-Jorens et prælibatam terram de Colombier nobis pro quinque solidis

et tribus nummis infra octavam nativitatis Domini persolvendis absque occasione in pace concessit possidendam ita videlicet ut nos habeamus eorum autenticum et ipsi nostrum super hoc facto constitutum. Insuper adjunximus quod fratres Romani-Monasterii terram nostram non occupent vel adquirant nec nos eorum terram absque eorum voluntate nobis valeamus vendicare.

Deinde dictum est quod si voluerint guiam facere (faire le guet) in territorio de Monte et de Souclie (Suchy) in guia jure ecclesiastico procedatur et sic deinceps efficiamur in Domino unanimes et concordés. Actum est hoc anno ab incarnatione Domini millesimo ducentesimo decimo nono.

## V.

Reynaud de Beaumes donne (en aumône) à l'abbaye du Lac-de-joux les fils d'Humbert Clerc de Cuarnens, et reçoit de l'abbé Humbert 35 sous et trois aunes de drap blanc.

Anno 1225.

*(Archives cantonales à Lausanne. Registres-Copies du Bailiage de Romainmotier. T. II. N° 325.)*

Ego Ebalus dominus de Grandissono præsentibus et futuris rei gestæ notitiam. In perpetuum sciant præsentés omnes et posteri quod Reynaudus miles de Balmes movit calumniam contra filios Humberti Clerici de Cuarnens quos suos esse dicebat porro dicta calumnia mediantibus viris sapientibus est pacificata tali modo quod jam dictus Reynaudus dedit ipsos memoratos Humberti Clerici filios domui de Lacu et fratribus ibidem Domino famulantibus in eleemosinam sed et ipsi sæpe dicti Humberti filii fratribus dictis se ipsos dederunt. Actum est hoc apud Quarnens in manu domini Humberti tunc abbatis de Lacu laudantibus uxore supra fati Reynaudi militis et filii Reynaudo, Girardo et Vuilliermo anno Domini millesimo du-

centesimo vigesimo quinto, quapropter dictus abbas Humbertus de Lacu de bonis ecclesiæ suæ supradicto Reynaudo militi de Balmes dedit triginta quinque solidos et tres aunas albi panni. Cum præsens essem rogaverunt me tam abbas quam filii Humberti Clerici dicti unacum memorato Reynaudo milite et filiis ut hoc præsens scriptum facerem et ad testimonium gestæ rei sigillo meo roborarem. Testes autem qui interfuerunt sunt hi : Girardus de Bavoës <sup>4</sup> prior de Lacu , Villiermus et Falco canonici de Lacu , Villiermus cappellanus de Quarnens.

<sup>4</sup> Bavois.

## VI.

Confirmation, par l'évêque de Lausanne Guillaume, des donations des nobles Jordan de Belmont et Pétronille, sa femme, à l'abbaye du Lac-de-joux.

Anno 1227.

*(Archives cantonales. Copies-Registres du Bailliage de Romainmotier. Supplément IV. Classis II. N° II.)*

Confirmatio donationis septem solidorum censualium a Petronilla uxore viri nobilis Jordani, necnon villæ de Espignes a Jordano viro nobili monasterio de Lacu Juriensi facta anno 1227.

Williermus Dei gratia lausannensis episcopus omnibus præsentem cartam inspecturis rei gestæ memoriam.

Noscant tam præsentis quam futuri quod Jordanus nobilis vir Bellimontis cum laboraret in extremis dedit et concessit li . . . . .

Espignes, quam titulo possidebat alodii pro remedio animæ suæ ecclesiæ de Lacu ejusque conventui quiete ac (pacifice, de laude et consensu) . . . . Ricardi, Bertoldi et Williermi in perpetuum possidendam. Præterea dicta

Petronilla uxor præfati domini . . . . .  
. . . . . præsentia in ecclesia de Lacu rediens ab  
exequis sui viri Jordani de more peractis, mota super viro suo  
quem nuper . . . . .  
dedit pro remedio animæ ejusdem viri Jordani Justinum de  
Esserts de ante Montaignie et suos hæredes, cum . . . . .  
. . . . . suatus est in septem solidis ecclesiæ de Lacu  
ejusque conventui annuatim in translatione beati Martini con-  
fessoris ecclesiæ persolvendis, quittavit et absolvit filios Bertoldi  
de Espignes Uldricum et Lambertum et hæredes ipsorum quos  
Cono miles ejusdem villæ contulerat pro remedio animæ suæ  
ecclesiæ de Lacu ejusque conventui. In his quoque et supra  
dictis elemosinis ipsa et filii sui que defensores et guerentes  
perhenariter (perenne) promiserunt factam elemosinam collau-  
dantes. Hujus helemosinæ testes sunt : Johannes abbas de Thela  
(Montheron), Mauritius prior de Gançon (Grandson), Willhel-  
mus thesaurarius, Uldricus Dolvanel canonici lausannenses,  
Petrus hospitalarius de Tela, Andræas capellanus noster, Ri-  
chardus capellanus de Crissie, Lambertus de Souchie, tunc  
diaconus, Girardus dominus de La Sarea, Girardus de Gomuens  
(Gumoëns), Petrus de Chabbie, Uldricus de Chavornay, Petrus  
de Corsales, milites. Nos autem sub cujus tutela supra dictus  
Jordanus dominus Bellimontis hæredes suos dimiserat, factam  
confirmantes elemosinam, ad preces utriusque partis præsentem  
cartam sigilli nostri munimine roboramus. Datum per manum  
Rodulphi cancellarii nostri, in ecclesia de Lacu, anno Domini  
millesimo ducentesimo vicesimo septimo, tertio nonas Julii.

Enquête prise par les abbés d'Aulps, de Balerne et de Bullion, au sujet de la possession de l'abbaye du mont Sainte-Marie.

1228, Juillet.

*(Copie authentique tirée des archives de l'abbaye de Sainte-Marie, cotée 158.)*

*(Communiquée par M. Duvérnois.)*

Ego frater Guido de Alpibus et ego frater Odo de Balerna et ego frater Rodolphus de Bullione dicti abbates notum facimus universis presentes litteras inspecturis quod cum abbas et conventus de Lacu de Carnoz <sup>1</sup> querelam haberent contra abbatem et conventum de monte Sancte-Marie super toto monasterio Sancte-Marie et pertinentiis ejus et ad componendum inter partes dies esset assignata nos apud montem Sancte-Marie ab abbate et fratribus ejusdem domus ad tractandum de eadem compositione convocati volumus cognoscere per confessiones fratrum ejusdem domus utrum dicti abbas et conventus de lacu aliquid jus haberent super iis que petere videbantur et tunc dictus abbas de monte Sancte-Marie in nostra presentia constitutus precepit et in virtute obedientie injunxit fratri Didiero fratri Ludovico fratri Helie fratri Stephano et fratri Petro filiis suis in Christo qui fuerunt conversi ejusdem loci antequam ordo cisterciensis ibidem observaretur <sup>2</sup> ut ipsi nos pro posse suo diligenter instruerent super iis que ab ipsis quereremus. Tunc nos a dicto fratre Didiero quesivimus utrum domus Sancte-Marie que tunc dicebatur Furnus montis <sup>3</sup> aliquando fuerit subjecta ecclesie de Lacu de Carnoz? qui respondens quod nunquam nec aliquam jurisdictionem habuerit super eam. Requisitus quibus personis antequam habitum cisterciensis ordinis fratres ejusdem domus susceperint professiones faciebant? dixit quod cum ipse et alii fratres laici in eodem loco Domino desservirent unanimiter decreverunt quod sibi prefererint

capellanum qui curam haberet animarum ipsorum et tunc audientes famam alicujus boni viri qui nominabatur Girardus et abbas de Monte-Benedicto esse desierat et ad domum de Lacu se transtulerat ipsum sibi elegerunt in capellanum et pastorem et tunc ad domum de Lacu accedentes petitione modo debito facta speraverunt quod ipsum ab abbate et conventu ejusdem domus possint impetrare sed ab ipsis didicerunt quod ipse dictus Girardus canonicus erat de Monte-Benedicto et in potestate abbatis et conventus de Monte Sancti-Benedicti erat vel ipsum concedere vel negare quod audientes ad Montem-Benedicti accesserunt et ibidem ab abbate et fratribus ejusdem domus dictum impetraverunt capellanum et ipsum archiepiscopo bisuntino<sup>a</sup> presentaverunt et sic presentatus ab ipso archiepiscopo suscipit curam animarum ipsorum. Tandem idem capellanus abbas vita decessit et sibi apud Montem-Benedicti sepulturam elegit occasione sue prioris professionis. Adjecit idem frater Didierus quod dicto capellano successit Petrus canonicus de Lacu sub forma predicta electus et ab abbate et conventu de Lacu impetratus et archiepiscopo bisuntino presentatus et simili modo idem Petrus ab eodem archiepiscopo curam recepit animarum ipsorum. Tandem contigit quod cum idem Petrus vellet fratres de Monte Sancte-Marie qui tunc sicut dictum est Furnus montis dicebatur ad ordinem premonstratensem transferre et circa hoc diu laborasset et hoc obtinere non posset capellanie sue cessit et dictis fratribus valedicens ad domum de Lacu remeavit. Adjecit etiam idem frater Didierus quod huic Petro successit Stephanus qui fuerat monachus de Bullione et in habitu de Bullione et de Bullione egressum sibi sub forma predicta elegerunt et ab archiepiscopo bisuntino ipsum impetraverunt et in tempore hujus Stephani capellani sui fratres ejusdem domus ad ordinem cisterciensem se transtulerunt et habitum ejusdem ordinis susceperunt. Dixit etiam idem Didierus quod quidam Jordanus nomine canonicus de Lacu apud montem Sancte-Marie diu sub habitu premonstratensis ordinis habitavit et tandem ad domum propriam revertens gratiam suam obtinere non potuit nisi prius satisfactionem ad portam fecisset tamquam

alius fugitivus. Idem dixerunt per omnia frater Helias, idem frater Lodvicus. Idem dixerunt per omnia frater Stephanus et frater Petrus. Frater vero Elias addidit quod quum dictus Petrus capellanus ad domum de Lacu reversus esset abbas de Lacu ab ipso quesivit audiente dicto fratre Elia quare reversus esset et quare domum Sancte-Marie reliquisset? qui respondens dixit eidem abbati quia ultra in vanum laborare nolebat (nollet) laboraverat enim in vanum cum fratres de monte Sancte-Marie ad instantiam ejus ad ordinem premonstratensem se transferre nollent et eodem ordine non curarent qui abbas respondit ei quod si illi fratres de suo ordine non curabant ipse de ipsorum ordine non curabat. In testimonium igitur hujus rei nos ad petitionem fratrum de Monte Sancte-Marie presentes litteras sigillorum nostrorum impressionibus voluimus communiri. Actum anno gracie M° CC° XX° octavo mense julio.

<sup>1</sup> Cuarnens.

<sup>2</sup> Ainsi avant l'année 1199, date de la charte de Gaucher de Salins, insérée dans l'histoire des sires de Salins par l'abbé Guillaume, tome I<sup>r</sup>, aux Preuves, pages 92 et 95.

<sup>3</sup> Voyez *ibidem*, aux Preuves, pages 56 et 57.

<sup>4</sup> De Besançon.

## VIII.

Reconnaissance des donations de Nantelme de Cossonay, Reymonde et Pierre de Svirie ( Sévery ) au couvent du Lac-de-Joux faite par les donzels Reymond, Jean et Humbert de Sévery.

A° 1228 novembre.

( Archives cantonales à Lausanne , Registres-copies du Bailliage de Romainmotier , T. II, N° 525. )

Willelmus Dei gratia episcopus lausannensis omnibus Christi fidelibus præsentem cartam inspecturis rei gestæ notitiam cum salute.



Noverint universi tam præsentés quam futuri quod consütuti in nostra præsentia Reymondus, Johannes et Humbertus domi-  
celli fratres de Syvirier nobis recognoverunt publice eleemosi-  
nas quas fecerant pro remedio animarum suarum ecclesiæ et  
conventui de Lacu laborantes in extremis Nantelmus de Cosso-  
niaco miles avus suus qui dedit pro anima sua et antecessorum  
suorum præfatæ ecclesiæ unum modium frumenti villanum  
censualem singulis messibus persolvendum in tenemento suo  
apud Bremlens quod tenet Stephanus Perrusset et Reymonda  
mater sua qui dedit quinque solidos censuales in eodem tene-  
mento singulis annis memoratæ ecclesiæ persolvendos et Petrus  
miles de Sivrîe pater suus qui dedit pro anima sua et anteces-  
sorum suorum sæpè-dictæ ecclesiæ unum modium frumenti vil-  
lanei in molendino suo apud Sivrîe eidem annis singulis per-  
solvendum. Hujus recognitionis quam prædicti fratres fecerunt  
factam laudamus eleemosinam. Testes sunt Jacobus de Grallie  
decanus de Viviaco, Girardus prior de Lacu, Andræas capellanus  
noster. Nos vero ad preces dictorum fratrum præsentem char-  
tam præcepimus sigillari. Datum Lausanne per manus Josephi  
Succentoris lausannensis vices agentis Rodulphi cancellarit  
nostri anno Domini millesimo ducesimo vigesimo octavo in  
vigilia omnium sanctorum (la Toussaint, 1 novembre. ).

## IX.

Transaction entre les abbayes du Lac de Joux et du mont  
Sainte-Marie, ménagée par Aimon de Grandson, évêque  
de Genève.

1230, octobre.

(*Titres du mont Sainte-Marie, 1 liasse, n° 13. Communi-  
quée par M. Duvernois.*)

Nos Aymo divina permissione gebennensis episcopus et fra-  
ter Galcherus dictus abbas cisterciensis notum facimus universis  
presentes litteras inspecturis quod quum querela verteretur

inter ecclesiam de Lacu juris ex una parte et ecclesiam montis Sancte-Marie ex altera coram abbate Sancti-Mauritii et Sancto-Mauritio et de Olum (Ollon) prioribus a domino papa iudicibus delegatis super loco in quo sita est abbatia montis Sancte-Marie et super quibusdam mobilibus et fructibus inde perceptis que omnia fratres ecclesie de Lacu petebant a fratribus montis Sancte-Marie tandem nos volentes parcere laboribus et expensis utriusque ecclesie de utriusque partis voluntate et consensu taliter compositum inter eos quod ecclesia montis Sancte-Marie pro dictis querelis et omnibus aliis quas ecclesia de Lacu habebat contra dictam ecclesiam montis Sancte-Marie dedit eidem ecclesie de Lacu triginta quinque libras stephanienses et fratres ecclesie de Lacu quittaverunt fratribus montis Sancte-Marie omnes supra dictas querelas et alias si quas habebant (haberent) erga eos. Datum anno gratie millesimo ducesimo tricesimo, mense octobris.

## X.

Renonciation d' Humbert , abbé du Lac de Joux , à toutes ses prétentions sur les propriétés du couvent de Sainte-Marie.

1230 , octobre.

*Titres du mont Sainte-Marie, 1<sup>re</sup> liasse, n<sup>o</sup> 12, (communiquée par M. Duvernois.)*

Nos Humbertus abbas et capitulum de Lacu juris notum facimus omnibus tam presentibus quam futuris quod quum querela verteretur inter nos ex una parte et abbatem et conventum montis Sancte-Marie ex parte altera coram abbate Sancti-Mauritii et de Olum (Ollon) et Sancti-Mauritii prioribus a domino papa iudicibus delegatis super loco in quo abbatia montis Sancte

Marie fundata est et super quibusdam mobilibus et fructibus inde perceptis a fratribus supra dictis que omnia ab eisdem nobis restitui petebamus nos mediantibus bonis viris videlicet venerabili patre nostro et domino Aymone Dei gratia gebennensi episcopo et Galchero abbate cisterciensi pacem cum eisdem fratribus fecimus in hunc modum quod nos renuntiantes iudicibus ante dictis et eorumdem litteris et instrumentis omnibus ad supra dictam causam pertinentibus omnem dictam querelam remisimus et quittavimus in perpetuum abbati et fratribus jam dictis montis Sancte-Marie volentes et concedentes eisdem ut omnes possessiones et omnia mobilia et immobilia de quibus ecclesia montis Sancte-Marie in hac die et usque ad hanc diem quolibet modo investita est pacifice possideat in perpetuum et quiete et sciendum quod si unquam (quod absit) aliquis de ecclesia nostra vel etiam de ordine premonstratensi dictos fratres montis Sancte-Marie super dictis querelis vellet aliquando in causam trahere sive etiam molestare nos tenebimur eosdem conservare immunes ab omni gravamine et indemnes. Preterea statuimus pro bono pacis et promisimus bona fide quod quando cumque abbas et fratres montis Sancte-Marie in domum nostram venerint nos tenebimur dicto abbati tamquam nobis et ejus fratribus tamquam nostris omnem humanitatis et caritatis gratiam exhibere auxilium eisdem et consilium tamquam nobis fideliter impendentes. Hoc idem dicti abbas et fratres montis Sancte-Marie nobis et de nobis facere similiter promiserunt salvis tamen constitutionibus ordinis utriusque. Sciendum preterea quod quum obitus abbatis vel fratrum supra dictorum montis Sancte-Marie nobis fuerit nuntiatus tum facimus pro eis quantum pro nostris fratribus duximus faciendum. Similiter et ipsi de nostris fratribus facere promiserunt. Ut autem hec omnia rata maneant in perpetuum nos unici sigilli munimine quod nobis commune est presentes litteras fecimus roborari. Actum anno gratie millesimo ducesimo tricesimo, mense octobri.

## XI.

Confirmation , par Guillaume , trésorier de Lausanne , du testament et dons de Guillaume de Vufflens-la-ville à l'église de Sainte-Croix , au couvent de Romainmotier et autres légataires faits sur les mains d'Humbert , abbé du Lac de Joux.

Anno 1230.

*Archives cantonales , Copies-registres du bailliage de Romainmotier , supplément IV , classis II , n° 3.*

Carta confirmationis testamenti et aliarum donationum in favorem monasterii Romani et aliarum factarum a nobili viro Williermo de Wolfens (anno 1230.)

Williermus thesaurarius lausannensis omnibus presentem paginam inspecturis rei gestæ notitiam. Notum facimus universis quod Williermus de Wolfens-la-vila miles testamentum suum quod in vita sua quondam sanus et hylaris fecerat , super quo carta confecta est sigillo venerabilis viri Humberti abbatis de Lacu Juriensi sigillata , in ultima voluntate sua confirmavit et ratum habuit. Sciendum quod post modum idem Williermus dedit in helemosinam ecclesiæ Sanctæ Crucis vineam suam de Wolfens , hoc retento quod Jordana uxor sua dictam vineam teneat in vita sua ab ecclesia Sanctæ Crucis , pro una caballata vini censuali , defuncta vero dicta Jordana liberè redeat præfata vinea ad ecclesiam Sanctæ Crucis. Dedit etiam dictus Williermus Alieti sorori suæ et hæredibus suis decem posas terræ incontinenti possidendas cum novem posis terræ quas tenet. Dedit enim præfatus Williermus Beroldo consanguineo suo de Mair viginti posas terræ quas habebat post decessum Jordanæ uxoris suæ. Præterea sæpè-dictus Williermus dedit Jordanæ uxori suæ in vita

ipsius Jordanæ residuum totius hæreditatis suæ, hoc addito quod de viginti posis terræ dicta Jordana et hæredes sui suam possint facere voluntatem. Insuper prælibatus Williermus dedit et concessit integrè in helemosinam ecclesiæ Romani monasterii Girardum de Fonte et hæredes suos cum tenemento eorundem, et totam hæreditatem suam post mortem Jordanæ uxoris suæ præter viginti posas terræ de quibus dicta Jordana et hæredes sui suam possunt facere voluntatem. Sciendum quod ecclesia Romani monasterii non potest exigere a dicto Girardo de Fonte et hæredibus suis pro tallia et servitio et omni usagio et terragio quod debebant domino militi videlicet præfato Williermo nisi quindecim solidos censuales. Hæc autem suprâ dicta fecit jamdictus Williermus miles de consensu et voluntate Jordanæ uxoris suæ. Testes autem hujus rei sunt hi : Stephanus de Chesaus, Williermus de Grancie, Girardus de Esclepens, Petrus de Baoet (Bavois) et Williermus juvenis de Esclepens milites, Petrus Derria, Jacobus dictus Apia, Johannes de Clausu. In eujus rei testimonium nos ad preces supra dicti Williermi militis et Jordanæ uxoris suæ præsentî paginæ sigillum nostrum apposuimus. Actum anno ab incarnatione Domini M<sup>o</sup>CC<sup>o</sup>XXX<sup>o</sup> nono, in octava assumptionis beatæ Mariæ Virginis.

## XII.

Reconnaissance d'Humbert, abbé du Lac de Joux, en faveur d'Ebal de La Sarraz et de Grandson.

1255, 20 avril.

(Grosse des droits de l'abbaye du Lac de Joux, page 55.)

Nos frater *Humbertus*, humilis abbas de Lacu juriensi, totus que conventus ejusdem loci notum facimus universis præsentibus litteras inspecturis quod nos, habito diligenti consilio et tractatu, in capitulo nostro, super hoc, ut moris est, facta nobis

evidenti informatione, infra scripta, per virum nobilem *Ebalum*, dominum Sarratæ et Grandissoni, per litteras sigillis predecessorum nostrorum sigillatas; quorum vestigiis adhærere volentes, confitemur et recognoscimus scientes et spontanei, ad interrogationem dicti *Ebali*, ipsum *Ebalum* et predecessores suos, ab antiquo, esse et fuisse veros fundatores, gardianos et advocarios abbatiae nostræ de Lacu juriensi, cum juribus, villis, territoriis et aliis possessionibus dictæ abbatiae et quod dictus *Ebalus* et heredes sui habent et habere debent, ab antiquo: barras, sasinas, clamas, banna, merum et mixtum imperium et omnimodam jurisdictionem in loco nostræ abbatiae prædictæ et, a villa de *Cuarnens*, versus dictam abbatiam et ultra prout se extendunt limites et possessiones nostræ in quibuscunque rebus existentibus, in terris, cultis et non cultis, pratis, nemoribus, villis, hominibus, censibus, et aliis nostris juribus quibuscunque, ac et, ultra lacum, in nostris hominibus, possessionibus et finagiis universis, promittentes, sub voto religionis nostræ, dicto *Ebalo*, domino Sarratæ et Grandissoni, pro nobis et successoribus nostris, eidem *Ebalo* et suis facere et efficaciter sigillare, ad requisitionem suam, vel alterius eorundem, litteram recognitionis et confessionis prædictorum et non obligare, vendere, donare, seu alienare quid quoquo modo, seu ad censum perpetuum dare, ad tempus, vel ad vitam, res, possessiones, jura, redditus, decimas, grangias, homines, vineas, et alia jura dictæ abbatiae, nisi de consensu et voluntate expressis dicti *Ebali*, fundatoris nostri, vel suorum heredum, et hoc, sub pœna centum marcarum argenti, per nos et successores nostros committenda, in prædictis casibus, vel in altero eorundem, in manibus dicti domini Sarratæ et heredum suorum; quæ quidem centum marca argenti, nos, predicti abbas et conventus, promittimus, pro nobis et successoribus nostris, sub expressa obligatione omnium honorum nostrorum et dictæ abbatiae, mobilium et immobilium, præsentium et futurorum, dare et solvere dicto *Ebalo* et suis heredibus, in prædictis casibus, vel in altero eorundem, vel si, contra prædicta, vel aliqua ex prædictis, aliquid fecerimus. Item, cum prædictus *Ebalus* multas

et graves expensas fecerit, ad requisitionem nostram et pro nobis, in litibus et controversiis quâs habebamus ratiōne *loci* et nostræ abbatîæ prædictæ, et *Loci* dompni Poncii hermitæ, erga religiosos Sancti Eugendi Juriensis (S<sup>t</sup>-Claude), super quibus litibus; dicto Ebalō mediante, qui viriliter se gessit circa prædicta, venimus ad finalem concordiam et pacem, et de quibus expensis dictus Ebalus non exstitit restitutus, nos abbas et conventus prædicti, super dictis expensis, venimus ad finalem computum, cum dicto Ebalō, in hunc modum, quod, pro dictis expensis, remansimus eidem debentes et debemus tres centum (trecentas) et sexaginta libras bonarum lausannensium; quas, pro nobis et successoribus nostris, sub expressa obligatione omnium bonorum nostrorum prædictorum, mobilium et immobilium, præsentium et futurorum, et dictæ abbatîæ, solvere et reddere bene et integre promittimus dicto Ebalō, vel suis heredibus, ad requisitionem suam. In cuius rei testimonium, nos, abbas et conventus prædicti, sigilla nostra præsentibus litteris duximus apponenda. Datum anno Domini millesimo ducentesimo trigesimo quinto, die Martis post octavam resurrectionis (20 avril) Domini nostri Jesu-Christi.

## XIII.

Reconnaissance de Pérégrine, veuve d'Henri de Gumoëns, et de Pierre, son fils, de la cense perpétuelle de cinq sous en faveur de l'abbaye du Lac de Joux. <sup>1</sup>

1259, décembre.

(Archives cantonales à Lausanne, registres-copies du bailliage de Romainmotier, tome II, N<sup>o</sup> 525.)

Nicolaüs, decanus (doyen) de ultra-Vinopiam, omnibus præsentem cartam inspecturis salutem in Domino. Ad præsentium et posterorum volumus notitiam provenire dominam Peregrinam relictam Henrici de Gumoëns militis ac Petrum filium ejusdem in præsentia nostra recognovisse quod dictus Henricus

(in alia carta, miles) in plena memoria et sui corporis sanitate in remedium animæ suæ et animarum antecessorum suorum contulit ecclesiæ de Lacu juriensi in perpetuam eleemosinam quinque solidos censuales inter villam de Columbier et Sanctum-Symphorianum. Quam eleemosynam dicta Peregrina et præfatus Petrus filius ejus eidem ecclesiæ laudaverunt et concesserunt in perpetuum possidendam, nichilominus nos rogantes ut præsentis scripto sigillum nostrum in testimonium hujus rei apponi faceremus quod et fecimus tam prædictæ partis quam religiosorum virorum abbatis et conventus ecclesiæ supra dictæ precibus inclinati. Actum anno Domini millesimo ducesimo tricesimo nono mense decembri.

<sup>1</sup> Henri de Gomoëns, chevalier, tenait cette rape, ou cense, en arrière-fief de Pierre de Duyn, qui la tenait en fief de Vuillelme, sire (dominus) de Vufflens-le-châtel, lequel lauda cette donation avec Clémence, sa femme, et Jaquette, sa fille. Décembre 1259 (Ibidem).

#### XIV.

Reconnaissance d'Hugues de Cossonay et de Pierre, son fils, sur les mains de l'abbé Humbert, de toutes les donations faites à l'abbaye du Lac de Joux par Pierre de Vullierens (dit Ferment), Pétronille, sa sœur, et le chanoine Falcon.

A° 1259 à (1240, nouveau style) février.

*Archives Cantonales, à Lausanne, Registres-copies du Bailliage de Romainmotier, T. II, N° 525.*

Raignaudus humilis prior Romanimonasterii universis præsentem chartam inspecturis salutem in Domino. Universitati vestræ significamus quod Hugo de Cossonay miles et Petrus filius ejus in præsentia nostra constituti recognoverunt quod cum controversia verteretur inter eosdem ex una parte et ecclesiam de Lacu jurensi ex altera super quibusdam qui pertinebant



quondam ad casalem Petri de Willierens militis dicti Ferment, tandem mediantibus probis viris dicta controversia pacificata est in hunc modum quod ipse Hugo miles et Petrus filius ejus laudaverunt et grataverunt dictæ ecclesiæ de Lacu in manu venerabilis viri Humberti tunc abbatis ejusdem ecclesiæ omnes eleemosynas quas memoratus Petrus Ferment et domina Petronilla soror ejus et frater Falco canonicus ejusdem ecclesiæ videlicet molendinum de Fores cum suis adjacentiis quæ pertinebant quondam ad prædictum casalem de Willierens et campum Duo Larres arboribus quæ sunt supra ipsum campum et pratium de Pont fundo de quo filii Petri de Pra Arember debent memoratæ ecclesiæ de Lacu duodecim denarios censuales et campum de Fontellet et duas cupas frumenti et unam avenæ censuales apud Goillion et duas cupas nucium censuales apud Romanel sub monte, et hæc omnia dicta ecclesia de Lacu in perpetuum pacifice possideat et quiete. Nos autem in testimonium prædictorum ad petitionem utriusque partis præsentis scripto sigillum nostrum fecimus apponi.

Datum anno Domini millesimo ducesimo tricesimo nono, mense februario.

## XV.

**Reconnaissance des chanoines de l'Abbaye du Lac de Joux,  
en faveur d'Aimon de La Sarraz, en confirmation de celle  
de 1235.**

1244, avril.

( *Grosse des droits de l'Abbaye du Lac de Joux, page 58.* )

Nos abbas et conventus Lacus juriensis, premonstratensis ordinis, notum facimus universis præsentibus litteras inspecturis et audituris quod, scientes et certificati de jure nostri advœrii et fundatoris Aymonis, domini de Sarrata et ejus heredum, nos, videlicet abbas et conventus prædicti, in nostro capitulo, ut mo-

ris est, celebrato, recognovimus et recognoscimus supradicta nostro advoërio et fundatori et ejus heredibus, per successionem intercessorum suorum fundatorum nostrorum, et ipsis recognoscimus merum et mixtum imperium et jurisdictionem omnimodam in omnibus locis et finagiis nostris, cultis et non cultis, videlicet : a Chavannes et in toto sui agro et territorio ; item, a Montevillaz et in toto sui territorio et finagia, tendendo versus abbatiam nostram prædictam per Eschardevaz a dicta Couldra ; simul, in dicta nostra abbatia, intus et de foris, per totum ultra lacum et aquam dictam Orba versus loz Risoz et confines prioratus Romanimonasterii et nostrorum, dicti abbatis et conventus, extendendo versus lacum Quinzonnet, videlicet prope dictum lacum Quinzonnet et unam leucam consuetam secundum leucas Vuaudi, et a monte vocato Riso versus Moëtoz (Mouthe, en Franche-Comté) usque ad montes qui sunt a parte Vuaudi in montibus et in vallibus et appendentiis, confitemur, inquam, et recognoscimus et concedimus quod possit edificare, sine offensione nostra, villam, vel castrum, unum vel plura, ubi sibi melius placuerit, extra abbatiam nostram, specialiter quod non sit infra terminum, videlicet quantum unus homo communis staturæ cum una balista de duobus pedibus jactare posset in duobus jaculis existendo juxta muros qui sunt juxta nostrum magnum altare, et ipse concessit nobis decimas et quod possumus facere unam domum simplicem in villis, in burgis fermis, ut possimus res nostras sine periculo conservare tempore guerræ, et les perroches et les chapelles retinemus nobis, et ipse, in quantum sibi pertinet, nobis concessit. Volumus etiam quod litteræ quas habet a nostris predecessoribus, videlicet ab abbate Humberto lacus juriensis et a nobis dicto conventu, in suo robore remaneant et vigore ac virtute, sicut si nos donavissimus, et promittimus sibi, vel suis heredibus, satisfacere, promittimus, inquam, sub voto religionis nostræ et sub obligatione omnium bonorum nostrorum, mobilium et immobilium, quoquo nomine censeantur, videlicet prata, nemora, terras, cultas et non cultas, ubicunque sint, infra dictos montes, vel extra, in locis superius nominatis, nec possumus nos ponere in alia cus-

odia nec obligare nos nec bona nostra alicui personæ, cujus-  
cunque status existat, absque voluntate nostri advoërii supra-  
dicti, et, in casu quod, modo aliquo, contrarium faceremus,  
obligamus eisdem omnia bona nostra superius nominata quæ  
possint sibi appropriare sine offensione judicis ecclesiastici vel  
secularis et facere fructus suos durante tempore quod nec con-  
trarium faceremus de conventionibus supra dictis, prout in ista  
littera plenius est expressum et declaratum, nec possumus sibi  
petere aliquam restitutionem durante termino quod nos face-  
remus contrarium, sed ipsos absolvimus de dictis bonis penitus  
et quittamus, et, in casu quod sustineremus contrarium de re-  
bus supradictis, ultra unius spatium, ipse potest nos projicere  
extra abbatiam nostram et vocare alios fratres dicti ordinis pre-  
monstratensis. In cujus rei testimonium, nos abbas et conven-  
tus supradicti apposuimus nostra pendentia anno Domini mille-  
simo ducentesimo quadragésimo quarto, mense Aprilis.

#### TRADUCTION ANTIQUE.

(*Grosse, page 227.*)

Nous l'abbé et couvent du Lac-de-Joux, de l'ordre des pré-  
montrés, scavoïr faisons à tous qui les présentes lettres verrons  
et orrons que nous schachantz et certiffiez du droict de nostre  
advoyer et fondateur, Aymo, seigneur de la Sarra, et de ses  
hoirs, nous, assavoir l'abbé et couvent prédicit, en notre cha-  
pitre, comme est de coutume célébrer, avons recognu et  
recoïssons nostre susdict advoyer et fondateur, et ses hoirs,  
par succession de leurs ancestres, noz fondateurs, et à iceulx  
recoïssons mère et mixte impire et juridition omnimode en  
tous noz lieux et fenages cultivez et non cultivez, assavoir : à  
Chavannes et en tout son fenage et territoïre ; item, à Mont-  
la-ville et en tout son territoïre et fenage ; item, à la Couldraz  
et en tout son territoïre et fenage, tendant vers nostre abbahyo  
prédicte par Eschardeva, dez la dicte Couldraz ; ensemble, en  
nostre dicte abbahye dedans et dehors partout outre le lac et

l'eau dicte Orbaz vers le Riso (Risoux) et confins du prioré de Romemostier (Romainmotier) et de nous susdictz abbé et couvent s'estendantz vers le lac Quinzonnet, assavoir près le dict lac Quinzonnet à une lieue accoustumée, selon les lieues de Vaud, et, dez le mont appelé Riso, vers Moëtoz (Mouthe), jusques aux montagnes qui sont devers Vaud aux montagnes et aux vallées et appendances. Confessons en outre et reconnoissons, aussi concédons qu'il puisse édifier, sans nostre offence, ville ou chasteau, ung ou plusieurs, là où mieux luy plaira hors nostre abbahye, spécialement que ce soit soubz le terme, assavoir que ung homme de commune stature avecq une harbaleste de deux piedz puisse jetter en deux traictz estant auprès les murs qui sont près nostre grand hautel, et iceluy nous a concédé les dixmes et que nous puissions faire une maison simple aux villes, aux bourgs cloz, affin que puissions conserver le nostre sans danger en temps de guerre, et nous retenons les parroisses et les chappelles, et iceluy, en tant que lui appartient, les nous az concédées; voulons aussi que les letres qu'il a de noz prédécesseurs, assavoir de l'abbé Humbert du Lac-de-Joux et de nous le dict couvent demeurent en leur vigueur, force et vertu comme si nous les avions données, et promettons à lui ou à ses hoirs satisfère, promettons doncq ce soubz le veu de nostre religion et soubz l'obligation de tous noz biens meubles et immeubles, de quel nom ilz soient estimez, assavoir prez, bois, terres cultivées et non cultivées, en quelz lieux soient, dedans les dictes montagnes, ou dehors, aux lieux susnommez; aussi, ne nous pouvons mettre en aultre garde ni obliger nous ny noz biens à personne, de quelconque estat il soit, sans la volonté de nostre advoyer susdict, et, au cas que, en façon quelconque, fissions le contraire, luy obligeons tous noz biens susnommez, lesquelz il se pourra approprier sans offence de juge, ecclésiastique ou séculier, et fayre les fruitz siens durant le temps que nous ferions le contrayre des conventions susdictes, comme en ceste letre amplement est expressé et déclaré; aussi, ne luy pouvons demander aucune restitution durant le terme que nous ferions le con-

trayre , mais iceux absolvons des dictz biens totalement et quittons , et, au cas que soustiendrions le contrayre des choses susdictes oultre le terme d'ung an , il peult nous déjetter hors la dicte nostre abbahye et évoquer aultres frères du dict ordre des prémontrés. En tesmoing desquelles choses , nous , l'abbé et couvent susdictz , avons apposé noz sceaux pendans , l'an du Seigneur mil-deux-cent-quarante-quatre , au mois d'Avril.

## XVI.

Donation de cent salignons de sel de rente annuelle faite à l'abbaye du lac-de-joux par Jean, comte de Bourgogne.

1244, Juillet.

*(Cartulaire de Salins, coté 57, à la Bibliothèque de Besançon.)*

Nos Johannes comes Burgundie et dominus salinensis notum facimus universis presentes litteras inspecturis quod in pura elemosyna et pro anniversario singulis annis pro salute anime nostre faciendo dedimus et in perpetuum concessimus Deo et ecclesie beate Marie Magdalene de Carnens (Cuarnens) abbati et conventui ejusdem loci premonstratensis ordinis centum solidatas salis de redditu annuatim eisdem vel certo eorum mandato reddendas in primo responso post festum beati Michaelis in denariis vel in bonis numeratis et legitimis dictos centum solidos valentibus. In cujus rei testimonium presentes litteras sigilli mei munimine fecimus roborari. Actum anno Domini M° CC° XLIII° mense julio.

## XVII.

Donation de vingt charges de gros sel de rente annuelle faite à l'abbaye du Lac-de-Joux par Jean, comte de Bourgogne.

Février 1247.

(*Cartulaire de Salins, folio 47.*)

Nos Johannes comes Burgundiæ et dominus Salinis notum facimus universis præsentis litteras inspecturis quod nos in emendam quorundam gravaminum quæ intuleram ecclesiæ de Lacu de Cuarnens premonstratensis ordinis et in remedium animæ nostræ et animarum antecessorum nostrorum dedimus et concessimus in perpetuum Deo et eidem ecclesiæ de majori sale quod fiet in salneria nostra Salinis et vendetur generaliter viginti honera ( onera ) in annuo reddito in quindena Pasce nuntio dictæ ecclesiæ libere reddenda et liberam vecturam in totam terram nostram ut nihil pro pedagio vel quolibet usagio per eandem terram nostram in perpetuum solvere teneantur durante nihilominus priori helemosina quam feceramus eidem ecclesiæ de centum solidatis salis pro anniversario nostro post obitum nostrum singulis annis in eadem ecclesia faciendo sicut in litteris nostris inde confectis plenius continetur. — Addimus etiam memoratæ ecclesiæ in perpetuam elemosinam quamdam peciam terræ in villa Salinis ut ibi domum possint construere ad prædictam elemosinam conservandam. — In cujus rei testimonium præsentibus litteris sigillum nostrum apposuimus. Datum anno Domini M° CC° XLVII° mense februario.

## XVIII.

Injonction de l'évêque Jean de Lausanne, relativement à la maison de Rueyres, dépendante de l'abbaye du Lac-de-Joux, par laquelle son chef portera à l'avenir le nom d'administrateur et non plus de prieur.

A° 1249. 4 avant les Nones de Juin.

(*Archives Cantonales à Lausanne. Registres du Bailliage de Romainmotier. T, II. N° 325.*)

Johannes Dei gratia lausannensis episcopus omnibus præsentibus litteris inspecturis salutem in Domino. Noverit universitas nostra quod cum abbas et conventus de Lacu juriensi nostræ diocœsis, ordinis præmonstratensis, nobis multotiens conquesti fuissent super oneribus quæ indebite imponebantur domui suæ de Rivoria eoque aliquando ille qui præerat dictæ domui ab aliquibus prior prænominatus fuerat et quia cappella ibi est, nos ipsorum quærimoniam super hujus modi non valentes amplius sustinere inquisivimus super hoc veritatem et pro certo didicimus quod dicta domus de Rivoria grangia est ecclesiæ de Lacu juriensi indivisa sicut et aliæ grangiæ et debet regi per canonicum vel conversum maximè cum certum nobis sit quod Præmonstratensis omnino multos habeat priores vel prioratus extra ecclesias conventuales licet in plerisque ipsius ordinis grangiis cappellæ habeantur prout idcirco nos inhibemus quod ille qui præerit prædictæ domui de Rivoria non vocetur prior de cætero sed magister. In cujus rei testimonium nos et frater *Vuilliermus* præfata ecclesiæ Lacus juriensis abbas præsentibus litteris sigilla nostra apposuimus. Datum anno Domini millesimo ducentesimo quadragesimo nono, quarto nonas Junii.

## XIX.

Donation d'Alix de Mont, veuve de Reymond de Mont-Richer, de terres, prés, censes et usages à la Murette, en faveur du couvent de l'abbaye du Lac-de-joux.

A° 1249.

(Archives Cantonales à Lausanne. Registres du Bailliage de Romainmotier. T. II. N° 525.)

Ego Alaiz de Monte, relicta Reymondi de Monte-Richerio domicelli, notum facio omnibus præsentibus litteras inspecturis quod ego de consensu et voluntate Jacobi et Rodulphi filiorum meorum et ipsius Reymondi consentiente nichilominus et laudante domina Ainde matre dicti Reymondi dedi et concessi in perpetuum religiosæ domui de Lacu juriensi in restaurationem damni quod dictus Reymondus intulerat eidem domui de Lacu et in eleemosinam pro eodem Reymondo et pro præfata domina Ainde quidquid memoratus Reymondus habebat, in terris, pratis cum censibus et usagiis suis in loco qui dicitur *Mureta*, qui locus est inter villam de Yens et grangiam de Bussy; præfata vero donationi interfuerunt Williermus de Escublens, miles, dictus *magnus*, Aymo et Williermus de Wolfens, milites, dicti *Gros*. Et ut supra dicta donatio sive concessio firma sit in perpetuum et stabilis sigillum venerabilis et religiosi viri prioris Romani-Monasterii præsentibus litteris feci apponi. Actum anno Domini millesimo ducesimo quadragesimo nono.



Donation d'Henri de Champvent de huit muids, moitié blé, moitié avoine, de cense annuelle en faveur du monastère de l'abbaye du Lac de Joux.

1260, 24 février.

*(Archives cantonales à Lausanne, layettes du bailliage de Romainmotier, N° 12.)*

Ego Henricus domnus de Chanveus notum facio omnibus præsentibus litteras inspecturis quod ego laude, voluntate, consensu et mandato, Helviæ uxoris meæ, Willelmi, Petri, Galcherii, Othonis et Girardi filiorum meorum dedi et concessi in puram eleemosynam pro remedio animæ meæ et antecessorum meorum octo modios bladi medietate frumenti et medietate avene censuales ecclesiæ de Lacu juriensi, quos assignavi eidem ecclesiæ solvendo singulis annis in decimis de Orses (Orges) de Longavilla et de Wouzala (Vugelle), ita quod quicumque dictas decimas recipiet teneatur solvere dictæ ecclesiæ de Lacu jurensi prædictos octo modios bladi usque ad festum beati Michaelis. Ego autem Helvia, uxor mea prædicta, Willielmus, Petrus, Galcherius, Otho et Girardus filii mei prædicti, promittimus facere solvi prædictam summam bladi ecclesiæ memoratæ a recipientibus dictas decimas. Si vero in eisdem decimis prædictis octo modios bladi colligi non possent ego et hæredes mei tenemur restituere præfatæ ecclesiæ bona fide. Hujus rei testes sunt: Willielmus de Ollens (Oulens), Girardus de Esclepens, Petrus de Piney (Pency) milites, Wuillelmus de Montagnie, Tholomeus de Pont domicelli, Girardinus, Stephanus Mestrallis, Petrus Grossus burgenses de Chanvenz, frater Willielmus prior de Lacu juriensi, frater Johannes sub-prior et Johannes curatus de Chanvenz. In cuius rei testimonium ego et Helvia uxor mea, Willielmus et Petrus filii mei præsentibus litteris sigilla

nostra apposimus. Datum anno Domini millesimo CC° sexagesimo et die vicesima quarta mensis februarii, apud Chanvenz.

## XXI.

Donation de Berthold, co-seigneur de Belmont, d'un quart de sa grande dime d'Essert (sous Champvent) à l'abbaye du Lac de Joux.

1261.

*(Archives cantonales à Lausanne, registres du bailliage de Romainmotier, tome II° N° 525).*

Ego Bertholdus cum-dominus de Bellomonte notum facio omnibus presentes litteras inspecturis quod ego pro remedio animæ meæ et Froynæ uxoris meæ et antecessorum meorum dedi et concessi ecclesiæ de Lacu juriensi in puram et perpetuam eleemosinam quartam partem magnæ decimæ de Esser quæ decima cum sit de allodio meo promisi eidem ecclesiæ dictam eleemosinam contra omnes bona fide guarentire. Dictam autem eleemosinam laudaverunt et laudant prædicta Frenina, uxor mea, Wullielmus, filius meus, et Comtessa, filia mea. In cuius rei testimonium præsentibus litteris sigillum meum apposui. Datum anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo primo.

## XXII.

Donation de Vaucher de Blonay de 10 muids de froment ,  
20 muids d'avoine et quatre muids de vin de Chexbres  
pour sûreté de 50 livres , monnaie de Lausanne , à l'abbé  
du Lac de Joux et aux sœurs augustines de Rueyres.

1268 , 1<sup>er</sup> mai. ( Feria tertia , mardi . )

(Archives cantonales à Lausanne , registres du bailliage de  
Romainmotier , tome II , N<sup>o</sup> 525 .)

Notum sit omnibus Christi fidelibus quod ego Valcherius de  
Blonay decem modios frumenti et viginti modios avenæ et  
quatuor modios vini de Chexbres pono in vadimonium abbati de  
Lacu et sororibus de Rivorio pro triginta libris lausannensis  
monetæ ut habeant sorores de Rivorio , et si contigerit quod  
ibi sorores non habitent ad abbatem et ad fratres de Lacu ista  
omnia revertantur ; quando vero ego vel aliquis de hæredibus  
meis ista redimere voluerit pecuniam reddat valentem quantum  
valebat ea die qua ab eis eam accepi idem triginta libras et  
septem solidos pro marchia , et priusquam redempta fuerit  
quatuor modii frumenti et quinque modii avenæ et unus mo-  
dius vini sororibus de Rivorio et abbati et fratribus de Lacu pro  
remedio animæ meæ et parentum meorum in eleemosynam in  
perpetuum remaneant , hoc autem fieri bona fide laudante do-  
mino meo Landrico lausannensi episcopo a quo ista possidebam  
et uxore mea Burchana et filiis meis Petro et Guilliermo fratre  
meo laudantibus et consentientibus et ut credatur meliùs et  
firmiùs teneatur domini mei lausannensis Landrici episcopi  
sigillo confirmare feci. Hujus rei testes sunt abbas Sancti Mau-  
ritii Rodulphus et abbas de Lacu Valterus , in cujus manus hoc

factum est, et abbas de Marsens Martinus, Eymeradus decanus, Girodus decanus, Uldricus decanus et thesaurarius Reymondus de Chebri, Tornicius de Granges, Bosmondus, dapifer de Blonay, Dalmacius dapifer episcopi, Girolodus maior, Cono psalterius, Girolodus cancellarius cartam istam dictari præcepit, frater Petrus ecclesiæ Sancte-Marie prior composuit, anno ab incarnatione Domini millesimo ducentesimo sexagesimo octavo, epacta nona, luna decima octava, feria vero tertia, calendis Maii.

## XXIII.

Vidimus (de 1411, le mardi avant la fête de la nativité de St.-Jean-Baptiste) d'un arbitrage fait entre Guillaume de La Sarraz, au nom d'Humbert de Montferrand, d'Henriette sa femme, d'Aimon de Monnet, de Jaquette, sa femme, d'Amédée de Neuchâtel et de Jordane, sa femme, d'une part, et Jean, abbé du Lac de Joux, au nom du couvent de ce monastère, d'autre part, au sujet de leurs droits.

1275.

*(Archives cantonales à Lausanne, registres du bailliage de Romainmotier, tome II, N° 529.)*

In nomine Domini amen. Nos officialis curiæ lausannensis notum facimus universis præsentibus et futuris quod nos in auditorio in iudicio pro tribunali sedentes vidimus, palpavimus, inspeximus ac de verbo ad verbum unacum notario communi scriba dictæ curiæ subscripto legimus quamdam litteram sanam

et integram, non rasam, non cancellatam, non vitiatam, omni prorsus vitio et suspitione carentem, reverendæ memoriæ domini Guillierni Dei gratia lausannensis episcopi quondam et curiæ inclytæ recordationis domini Philippi Sabaudiæ et Burgundiæ comitis in cerâ alba aliisque tribus sigillis, videlicet uno in cerâ nigra et reliquis duobus sigillis in cera alba, sigillata prout prima facie apparebat, nobis pro parte, nomine et ad opus venerabilis et religiosi patris domini Henrici abbatis et conventus sui monasterii Lacus juriensis, præmonstratensis ordinis, lausannensis diocesis exhibitam in auditorio dictæ curiæ publicè describendam cujus litteræ tenor sequitur in hæc verba : « Nos Guilliernus Dei gratia episcopus lausannensis et Johannis de Alavardo (Alanardo?) judex in Gebennis et Vaudo pro illustri viro domino Philippo Sabaudiæ et Burgundiæ comite notum facimus universis præsentibus litteras inspecturis et etiam audituris quod cum contentio atque discordia esset inter dominum Wuilliernum de Sarreta thesaurarium lausannensem nomine domini Humberti de Monteferrando militis et dominæ Henrietæ uxoris ejus et nomine domini Aymonis de Moneto et dominæ Jaquetæ uxoris ejus et Amedæi de Novo-castro et Jordanæ ejus uxoris ex una parte, et religiosum virum dominum Johannem abbatem monasterii de Lacu juriensi nomine dicti monasterii et conventus ejusdem ex alterâ super eo quod dictus dominus Williermus dicebat et asserebat nomine dictorum dominorum et dominarum quod dicta domina Henrieta habet avocaciam in hominibus, . . . . .

et tam ipsa quam aliæ sorores prædictæ habent avocaciam in hominibus dictæ abbatæ in parrochia de Quarnens et in villa nominata La Cudra. Et ideo dicebat prædictas dominas habere merum et mixtum imperium et omnimodam jurisdictionem in dicto monasterio et hominibus ejusdem et jus percipiendi banna escheitas (echutas) propter maleficia et causas dictorum hominum, que negabat esse vera dictus dominus abbas nomine dicti monasterii et sui conventus, et dicebat et proponebat nomine dicti monasterii dictos homines et dominas injustè et indebite percipere banna et justitias in prædictis hominibus et injustè

tenere in eorum villis mistralem qui audit causas dictorum hominum dicti monasterii, levat clamas et banna, et injustè compellunt prædictos homines venire ad bastimentum Sarretæ et ad charreandum eorum res et bona quotiescunque volunt ad proprios usus dictorum dominorum et dominarum et etiam militum suorum; item caponariam in dictis hominibus pluries in anno; item quod collectores avenariæ et messium et caponariæ prædictæ injustè extorquent a prædictis hominibus . . . . etiam ultra quam eis sit necessarium ipsorum pignora capiendo si gratis dare nolunt. Item injustè compellunt prædictos homines corvatas facere ad opus dominorum et dominarum prædictorum et compellunt dictas corvatas reddere . . . noluit cum dicti homines ad prædicta non teneantur si corvatas præstare noluerint. Item dicit dictus dominus abbas nomine quo suprâ quod dicti domini et dominæ injustè compellunt prædictos homines dicti monasterii qui debent (corvatas) redimere dictas (corvatas) quod facere non tenentur si dictas præstare velint. Item compellunt bubulcos et habentes carrucas facere fenatorem vel sectatorem cum minimè teneantur facere, sed tantum illi qui non habent carrucas nec sunt bubulci et tenentur facere sectatores videlicet illi qui sciunt sectare et alii fenatores. Item quod dicti domini et dominæ tenentur nemus quod Roletî cujus pars pertinet ad dictum monasterium quæ quondam fuit per viam proborum hominum terminata, quam partem dicit prædictos dominos et dominas injustè possidere. Item dicit nomine dicti monasterii dictus abbas quod dicti domini Sarretæ injustè percipiunt viginti solidos nomine (jaitæ) in ecclesiâ de Quarnens. Item quod injustè compellunt prædicti domini Humbertum de Monte-la-villa facere prædicta usagia ad quæ compellunt prædictos alios homines quanvis dictus Humbertus datus fuit in eleemosinam dicto monasterio a quodam milite de Moyrie et ante dictam donationem ad dicta usagia non (teneri) . . . . Item dicit nomine quo suprâ quod dicti domini et dominæ injustè recipiunt et defendunt homines dicti monasterii in burgesia et juramento dicti castri Sarretæ. Dictus Wuilliermus ex adverso

dicebat nomine quo supra et asserebat dictos dominos et dominas habere omnia usagia supra dicta in dictis hominibus et dictum sectum in dicta ecclesia de Quarnens, et quod dictum monasterium nullum jus habet in nemore Roleti (situé sous la Coudre et vers le bois de l'Isle, de vent). Tandem prædictæ partes compromiserunt in nos de prædictis contentionibus atque discordiis et de omnibus aliis quas habere possent ratione dictæ avocatiæ tanquam in arbitratore et amicabile compositore, promittentes prædictus abbas nomine suo et dicti monasterii et conventus et dictus dominus Williermus nomine dictorum domini Humberti de Monteferrando et domini Symonis de Monneto et Amedæi de Novo-Castro et prædictarum uxorum suarum ad quas, ut dictum est, prædicta avocacia dicitur pertinere, tenere et servare et attendere et complere dictum et arbitrium nostrum et quidquid ordinaverimus super prædictis contentionibus atque discordiis jure sive concordia una die vel pluribus in scriptis aut sine stando vel sedendo omni repulsa penitus juris et jurisdictionum solemnitate, concesso etiam nobis quod dictum nostrum quotiescunque necesse fuerit et nobis placuerit declarare possumus sub pœna sexaginta librarum denariorum lausannensium hinc indè promissa et stipulata quam pars quæ dictum nostrum non observaverit solvere teneatur, sub quâ pœnâ promisit per stipulationem prædictus abbas se facturum et curaturum quod conventus dicti monasterii de Lacu et abbas Sancti-Martini laudunensis præsens compromissum et dictum et arbitrium nostrum laudabunt, confirmabunt, ratificabunt et inviolabiliter observare promittent et sigilla sua apponent et per suas patentes litteras nos requirent quod nos dictus episcopus sigillum curiæ dicti domini nostri comitis apponamus et quod hæc compleverint usque ad festum omnium sanctorum proximo venturum non attendatur sufficientia. Et de his attendendis dedit fidejussorem dominum Petrum de Bavoës et dominum Borcardum de Betteyns, milites, quemlibet in triginta libris qui indè pignora reddere promiserunt per stipulationem prædicto domino Williermo si prædictam non attendantur sufficientiam usque ad quantitatem prædictam. Versa vice prædictus

dominus Williermus promisit per stipulationem prædicto abbati nomine quo suprâ recipienti et sub eadem pœnâ se facturum et curaturum quod dictæ dominæ et earum viri prædicti præsens compromissum et arbitrium nostrum sive dictum et quidquid super prædictis discordiis et contentionibus ordinaverimus ratificabunt, laudabunt, confirmabunt et attendere promittent et sigilla sua apponent et per suas patentes litteras nos rogabunt quod nos dictus episcopus sigillum nostrum et nos dictus iudex sigillum curiæ prædicti domini comitis apponamus et quod hæc compleverint usque ad festum omnium sanctorum proximè venturum, et de his attendendis dedit fidejussores dominum Henricum dictum Grasset in quindecim libris qui promisit tenere hostagia apud Lausannam suis propriis sumptibus post requisitionem sibi factam et a dictis hostagiis non recedere quousque dicto abbati solverit dictas quindecim libras vel pignora reddiderit usque ad valorem dictarum quindecim librarum, item dominum Petrum de Baoes, militem, in quindecim libris, qui si prædicta non attendantur promisit per juramentum ad sancta Dei Evangelia præstitum reddere pignora dicto domino abbati unde possit habere dictas quindecim libras. Item dominum Borcardum de Betteyns, militem, et Jaquetum mistralem de Sarreta quemlibet in quindecim libris qui promiserunt per juramentum ad sancta Dei Evangelia præstitum post requisitionem factam per prædictum abbatem vel ejus nuntium tenere hostagia in Lausanna suis propriis sumptibus de quibus non possint recedere quousque solverint dictas quindecim libras dicto abbati vel reddiderint pignora cuilibet ad quantitatem dictarum quindecim librarum.

Nos autem dicti arbitratores facta plena inquisitione de prædictis contentionibus atque discordiis per probos homines juratos nobis a dictis partibus nominatos pro bono pacis et concordie prædictas discordias et contentiones sopire et terminare volentes dicimus, arbitramur, volumus et laudamus unanimes et concordēs:

Quod dictus abbas nomine suo et dictæ ecclesiæ suæ confiteatur et recognoscat prædictam abbatiam de Lacu, ab aqua quar



lacus vocatur citra, esse de avocacia dictæ dominæ Henrietæ ad quam dictum castrum Sarretæ pertinet.

Item homines quos dictum monasterium habet in villâ quæ vocatur La Cudra et in villis parochiæ de Quarneys esse de avocatia dictarum trium sororum, quod dictus dominus abbas incontinenti nomine suo et dicti conventus confessus est et recognovit coram nobis et coram dicto Wuilliermo nomine dictarum dominarum. → Item dicimus et arbitramur quod dictæ dominæ ratione dictæ avocaciæ habeant in prædictos homines et delinquentes in dicto monasterio et à La Cudra jurisdictionem condemnandi ad mortem et ad mutilationem membrorum eos quorum delicta hæc requirent, salvo quod in canonicos, clericos vel conversos nullam habeant punitionem vel coercionem nec aliquem refugientem ad dictum monasterium infra clausuras dicti monasterii capere possint, nisi in dicta ecclesia offensisset, vel nisi pro aliis casibus in jure concessis, et quod bona mobilia punitorum ad condemnantem pertineant, salvo quod si punitus haberet aliqua bona mobilia infra clausuras dicti monasterii ad dictum monasterium pertineant. Bona vero immobilia punitorum quæ tenentur de dicto monasterio ipsius monasterii sint.

Item quod prædictæ dominæ habeant in delinquentes extra prædictas clausuras dicti monasterii clamas et banna sexaginta solidorum præterquam in famulos et servientes ipsi abbati et dictæ domui quibus banna et framerias prædictæ dominæ levare non possunt, sed sint ipsius abbatis si delinquerint, et hoc intelligimus de famulis quibus dicta domus dat victum.

Item prædictæ dominæ nec earum mariti nec eorum successores vel nuntii banna non levant nisi fuerint judicata per ipsos vel ipsorum mandato. Item dicimus et arbitramur quod (clamæ) hominum abbatæ pertineant ad dictum monasterium nec dictæ dominæ vel earum mariti nec nuntii eorumdem vel successores dictas clamas levare possint vel debeant nec recipere nec audire licet eis fierent nec possint mistralem vel mistrales in dictis villis prædictæ domus de Lacu habere vel tenere, salvo quod ipsæ dominæ per se vel suum generalem mistralem possint

exercere quæ superius expressa sunt sibi concessa per præsentem pacem.

Item dicimus et arbitramur quod dictæ dominæ et earum mariti vel successores eorum possint petere et habere *lo charroy* sive carrugium videlicet quælibet in hominibus qui venerint ad partem suam ad proprios usus victualium, quando his rectè fuerit, vel bastimenti bis in anno tantum; ipsum tamen non possint vendere nec (comodare). . . . Item ad opus proprii edificiï ipsum carrugium possint petere et habere bis in anno infra castellaniam Sarretæ, non tamen ipsum possunt retinere qualibet vice qua ipsum . . . . diem et unam noctem et dum ipsi tenebunt (ministrabuntur). . . . eis victualia.

Item dicimus et arbitramur quod nuntii dictarum dominarum vel earum virorum quando colligent messem et avenariam tantum de victualibus exigere possint ab hominibus quod eis sufficiat . . . . . avenariam et messes, non tamen ad faciendum superfluum vel ad portandum residuum. Item dicti collectores sex tantum esse debeant et non plures, et per duos dies tantum quolibet anno quando colligent dictas avenariam et messem eis per dictos homines victualia ministrantur ut dictum est ad sufficientiam: si vero dicti homines nollent dare quod sufficeret, dicti collectores possint capere super quolibet dictorum hominum pignora super quibus victualia necessaria capiant ut dictum est . . . . (nec de) pignoribus unius hominis possint capere ultra tres denarios.

Item dicimus et arbitramur quod capones non exigantur a dictis hominibus nisi semel in anno, scilicet inter natale Domini et carnis privium, et quod collectores de pignoribus non exigant a dictis hominibus . . . . . victualia. Item de facto corvatarum dicimus et arbitramur quod dictæ dominæ vel earum nuntii quælibet et in hominibus partis suæ ter in anno possint petere corvatas semel in vere semel in semorali et semel in autumno, et ipsas corvatas vendere possint et comodare cui voluerint dummodo extra castellaniam Sarrata non exeant et dummodo possint reddere ducentas corvatas eadem

die ad domum suam, et non possint compelli dicti homines emere vel redimere dictas corvatas nisi velint. Item de sectatoribus et fenatoribus dicimus et arbitramur quod dictæ dominæ et earum nuncii quælibet in hominibus partis suæ possint percipere per singula hospitia sectatorem, scilicet illum qui *scit* secare vel illum fenatorem qui scit fenare, salvo quod bubulci carrucarum et illi qui tenebunt ad proprium victum bubulci non teneantur facere fenatores vel sectatores. Item quod fenatores vel sectatores non possunt compelli redimere dietam suam extra castellaniam Sarratæ.

De nemore Roleti dicimus et arbitramur quod dictæ dominæ dimittant et restituant dicto abbati, nomine dictæ domus de Lacu, decem posas de dicto nemore assignandas eidem per quatuor probos viros quorum duo sint ex parte dictæ abbatix et alii duo ex parte dictarum dominarum. Item dicimus et arbitramur quod dictæ dominæ in ecclesia de Quarnens ratione *jaitæ* non percipiant nisi quindecim solidos annuatim.

Item de facto Humberti de Monte-la-villa, dicimus et arbitramur quod dum idem Humbertus steterit in casale quod subiacet dictæ avocaciæ faciat dicta usagia sicut alii homines suppositi dictæ avocaciæ. In casali vero existens in quo erat quando in eleemosyna datus fuit, ad prædicta usagia minimè teneatur.

Item dicimus et arbitramur quod dicta domina castri Sarratæ nec ejus maritus vel castellanus eorum non recipiant nec defendant in burgesia vel juramento castri Sarratæ homines tailliabiles dictæ abbatix, nec illos qui sunt homines de *familia* dictæ abbatix: et, si aliquos receperunt prædictæ conditionis, ipsos liberent et absolvant a prædictis burgesia et juramento.

Item dicimus et arbitramur quod homines dictæ abbatix usagia prædicta non teneantur facere nisi dominæ in cujus parte veniunt vel venerunt vel ejus hæredi sive marito. Item dicimus et arbitramur quod dictæ dominæ nec earum mariti nec eorum successores possint per se vel per alium quidquam aliud præter prædicta in dicta abbatia vel in suis hominibus exigere vel extorquere, sed sint dictum monasterium et ejus homines ab omni genere alicujus aliæ extorsionis et exactionis quitti et immunes.

Item promisit dictus abbas sub prædicta pœna nomine suo et conventus omnia prædicta vel aliquod de prædictis nullo modo revocare, etiam per beneficium restitutionis in integrum, infra quatuor annos.

Nos autem dictus episcopus sigillo nostro, et nos dictus iudex sigillo curiæ dicti domini nostri comitis præsentibus litteras tradidimus sigillatas ad instantiam partium prædictarum, in testimonium veritatis.

Datum et actum in domo episcopali de Ochie (Ouchy) die Sabati post festum beati Nicholai, (St. Nicolas, 6 décembre) anno Domini millesimo ducesimo septuagesimo tertio (1273). »

Post cujusquidem litteræ visionem et publicationem factam de eadem fuimus pro parte præfati domini abbatis Lacus jurensis suo (nomine) conventus sui et monasterii prædictorum nominibus et ad opus humiliter requisiti quatenus de dicta libera exhibitione, visione, appertione, inspectione, lectura et publicatione sumptum ad instar ejusdem litteræ confici per notarium juratum subscriptum communem scribam et in debitam formam redigi auctoritate nostra ordinaria faceremus cum nostræ auctoritatis interpositione pariter et decreti, officium nostrum implorando cum propter hominum insidias viarum . . . discrimina periculosum sit ubique originalia exhibere instrumenta. Nos igitur præfatus officialis requisiti attendita dicta supplicatione consona rationi ad requisitionem et instantiam domini abbatis prædicti monasterii Lacus jurensis nominibus quibus supra, facta diligenter collatione de præsentibus sumpto cum dicta littera de verbo ad verbum nichil in uno plus quam in alio reperto quod facti substantiam (vitiaret) . . . auctoritate prædicta præsens sumptum eandem vim et robur ubique obtinere et fidem facere debere sicut et littera prædicta a quâ præsens sumptum est extractum auctoritatem nostram pariter et decretum præsentibus sumpto interponentes per notarium communem subscriptum dictæ curiæ Juratum præsens sumptum conficimus seu fieri in formam prædictam redactum (et sigil-

lum nostræ curiæ) . . . duximus apponendum ad perpetuam rei memoriam robur et testimonium præmissorum.

Datum et actum in auditorio curiæ prædictæ lausannensis, die Martis ante festum nativitatis beati Johannis Baptistæ, anno Domini millesimo quatercentesimo undecimo.

Pro exhibitione, visione, lectura et collatione,

PETRUS MUSSY.

Pro collatione de præsentis sumpto cum originali littera facta.

#### XXIV.

Traité entre Jean, seigneur de Cossonay, et Jean, seigneur de La Sarraz.

1292, décembre.

(*Grosse des droits de l'Abbaye du Lac de Joux, page 241*).

Nos *Vullielmus*, Dei gratia, lausannensis episcopus, notum facimus universis presentes litteras inspecturis quod, in nostra presentia, propter hoc, personaliter constituti viri nobiles *Johannes*, dominus de *Cossonay*, ex una parte, et *Johannes*, dominus de *Sarrata*, ex altera, conventiones inter se habuerunt et considerationes quæ sequuntur. Primo, præfati nobiles promiserunt vicissim, unus alteri, per juramenta sua, super sanctum corpus Christi prestita, coram nobis, pro se et suis heredibus, perpetue, unus juvare alium, pro toto posse, et suum prestare auxilium et in omnibus eorum guerris et necessitatibus eis contingentibus in posterum evenire, salvis fidelitatibus dominorum suorum. — Item, promiserunt, ut supra, unus alteri, quod ullus ipsorum super terram alterius se non adcreceret, nec retraheret super terram suam gentes alterius, vel subditorum suorum. — Item, prefatus dominus de *Sarrata* promisit, pro se et suis, prefato domino de *Cossonay* presenti et recipienti, pro se et suis, nullum jus sibi petere de cætero deversus juriam (*la joux*), videlicet : a loco dicto *Montendrouz* in pendentem, prout

se extendunt infra versus *la Chardina*, nec ibi, infra illos limites, aliquod dominium exercere. — Præfatus vero dominus de Cossonay, vice-versa, promisit, juramento suo quo supra, pro se et suis heredibus, præfato domino de Sarrata, præsentî et recipienti, pro se et suis, nullum jus petere, seu exigere, nec se addressere, in villa et territorio de Cuarnens, nec a villa de la Couldra, versus abbatiam de Lacu juriensi, nec, a dicto loco de Montendrouz etiam, in plano, versus abbatiam, in aliquo loco, excepta la Chaux de Coliat. — Item, promisit dictus dominus de Sarrata, pro se et suis, ut supra, prædicto domino de Cossonay, pro se et suis, eidem domino de Cossonay et suis suum prestare auxilium et totam vim quotienscunque ipsi voluerint, infra suos limites prædictos, levare, seu construere, villas, fortalicia, seu castra, unum vel plura. — Et, simili modo, prædictus dominus de Cossonay promisit, pro se et suis, prestare suum auxilium et totam vim dicto domino de Sarrata et suis heredibus quotienscunque ipsi voluerint, in dictis locis et limitibus suis, quæ sunt de advoëria sua, levare, seu construere, villas, seu fortalicia, seu castra, unum vel plura, nec aliquod jus petere in advoëria sua dictæ abbatiae, nec homines dictæ abbatiae super se retrahere quoquo modo. Has autem conventiones, præfati nobiles promiserunt, juramentis suis quibus supra, vicissim, unus alteri, perpetuo et inviolabiliter observare et non contra facere, vel venire, per se vel per alium, in futurum. Et, prædicta omnia, prædicti nobiles, vicissim, unus alterum in pactum expressum et in aquilianam (æqualem) stipulationem deduxerunt et acceptationem fecerunt. In quorum omnium testimonium promissorum, nos præfatus episcopus, ad preces et requisitionem prædictorum nobilium, sigillum nostrum præsentibus litteris duximus apponendum. Cum quo sigillo, ego, præfatus Johannes, dominus de Cossonay, sigillum meum apposui huic scripto, in testimonium veritatis. Et simili modo, pari litteræ duplici, quam penes me habeo, sigillum dicti domini de Sarrata est appensum, unacum sigillo domini episcopi supradicti. Datum anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo secundo, mense Decembris.

## XXV.

Donation d'un bois, faite par Roger, évêque de Lausanne, aux sœurs augustines de Rueyres, sous la cense de deux sous à payer à la mense épiscopale, le jour de la fête de Jean-Baptiste, annuellement.

1295, 1<sup>er</sup> avril.

(*Archives cantonales à Lausanne, Registres du bailliage de Romainmotier, t. II, N<sup>o</sup> 525.*)

Rogierius, Dei gratiâ, lausannensis episcopus, omnibus quorum interest rei gestæ notitiam habere. Dilectorum fratrum nostrorum Nicolai de Lacu, Othonis de Humilimonte abbatis precibus inclinati, in eleemosyna donamus, concedimus et intulimus, receptis ibidem duobus solidis censualibus in festivitate beati Johannis Baptistæ, episcopali mensæ solvendis, dominabus de Rivorio, quæ ibidem in Dei servitio commorantur, nemo quoddam, cujus unum caput est in carreria quæ ducit a Sancto Symphoriano versus Publioz, alterum caput sedet in via quæ ducit a Puydoux in Rivoriam, unum latus est juxta amnem qui dicitur Salantia, ipsis in perpetuo libere possidendum. Ut autem hoc ratum firmumque permaneat, ad preces prædictorum abbatum, sigilli nostri impressione præsens scriptum jussimus insignari. Testes hujus rei sunt : supràmemoratus abbas de Humilimonte, frater Girodus, sacerdos de Lacu, frater Turenbertus, de Humilimonte, diaconus Stephanus de Orba et Aymo de Duyn, canonici lausannenses, Petrus et Uldricus de Escublens, Wullielmus de Esclepens, milites, Reymondus, minister. Factum enim in palatio lausannensi, annò ab incarnatione Domini millesimo ducentesimo nonagesimo tertio, in Kalendis Aprilis.

## XXVI.

Garantie portée par Jean, seigneur de la Sarraz, entre les mains d'Aimon de Joulens et de ses hoirs, au nom du monastère du Lac-de-joux, pour la maintenance pendant quarante ans de certaines possessions à eux vendues par ce couvent.

Anno 1294. Décembre.

(Archives Cantonales à Lausanne. Inventaire Analytique  
(vert) pag<sup>e</sup> N<sup>o</sup> 96.)

Nos frater *Johannes* Dei patientia abbas de Lacu juriensi et conventus ejusdem loci notum facimus universis præsentis litteras inspecturis quod cum nobilis vir *Johannes dominus de Sarrata*, considerata utilitate ecclesiæ nostræ evidenti, ad preces et requisitionem nostram constituerit se fidejussorem ex parte nostrâ in manu domini Aymonis de Jolens militis et hæredum suorum de manutenendis et conservandis in bona pace quibusdam possessionibus usque ad quadraginta annos proxime et continuo venturos, quas quidem possessiones vendidimus dicto domino Aymoni et hæredibus suis . . . nos promittimus bona fide et sub observantia religionis nostræ dictum Johannem et hæredes suos de prædicta fide jussione penitus servare indemnes, . . . quousque ipsum quitari fecerimus de fidejussione prædicta. . . . In cujus rei testimonium nos abbas et conventus suprâ dicti tradidimus dicto Johanni præsentis litteras sigillis nostris sigillatas. Datum mense decembri anno Domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> nonagesimo quarto.



## XXVII.

Donations faites à l'abbaye du Lac-de-joux par Etienne de Vienne, seigneur de Rotelenges, Marguerite de Joux, dame de la Sarraz, sa femme, et Aymon, fils de la dite dame et de Jean, seigneur de la Sarraz. (Grosse des droits de l'abbaye du Lac-de-joux, page 34.)

1307, Avril.

Nos *Stephanus de Vianna*, dominus de *Rotelenges*, et *Marguerita de Jor* (Joux), domina de *Sarrata*, ejus uxor, et ego *Aymo*, filius dicte Marguerite et filius nobilis viri *Johannis*, quondam domini de *Sarrata*, notum facimus universis quod, cum abbatia de *Lacu juriensi* fundata sit a dominis de *Sarrata* quondam, et maxime cum dictus *Johannes* de *Sarrata*, quondam maritus dicte Marguerite, pater quondam meus, scilicet dicti *Aymonis*, in clastro dicte abbacie sit sepultus, nos, assectantes meliorationem et augmentationem religiosorum virorum, abbatibus et conventibus dicte abbacie, considerata etiam utilitate evidenti nostra et abergamenti de *Sarrata*, habito etiam, super hoc, tractatu et deliberatione diligenter, volumus et concedimus, quilibet nostrum insolidum, concessione rata et irrevocabili, in perpetuum valitura, pro nobis et heredibus, seu co-heredibus, nostris, quod dicti religiosi et eorum successores in perpetuum, quancumque et quotienscumque voluerint et eis videbitur expedire, possint et debeant ponere et recipere, sine impedimento aliquo, abergatores, seu habitatores, quoscumque et quocumque voluerint, in valle, circumstantiis et adjacentiis dictæ abbacie circa lacum, a parte dictæ abbacie, videlicet: a loco qui dicitur *Pierra fuliz*, usque ad lacum situm juxta dictam abbatiam et usque ad lacum dictum *Brunet* (*Brenet*), in quantum dicti lacus et aqua quæ dicitur *Orba* se extendunt in longitudine ab illa parte in quæ abbatia sita est et in quantum dominium nostrum castri de *Sarrata* se extendit infra terminos prædictos alte et basse in longitudinem et latitu-

dinem, qui, dicti religiosi et abergatores, seu habitatores, prædicti, possint et debeant infra dictos terminos edificare, qualitercunque voluerint, ac domos et mansiones facere, extirpare, et terras colere, prata facere, secundum quod eis, et dictis religiosis videbitur expedire. Quos prædictos habitatores, undecunque venerint et quicumque infra dictos terminos mansionem fecerit, volumus esse subjectos in omnibus et per omnia dictis religiosis, ita videlicet quod dicti religiosi habeant et habere debeant in perpetuum, et successores eorum, in dictis abergatoribus, seu habitatoribus, et eorum heredibus, et in omnibus personis, universis et singulis, quæcunque sint et undecunque venerint, quæ infra dictos terminos delinquerent in futurum, seu malefacium aliquod, vel frameram, perpetrarent, omnimodas clamas, grossa bampna, et minuta, et exchetas (échûtes), merum et mixtum imperium, et omnimodam jurisdictionem ac plenum dominium, ita videlicet quod dicti religiosi, pro quolibet abergatore, seu habitatore, qui, infra dictos terminos, domicilium et focum suum, per se tenebit in futurum, tenentur, per se, vel per nuntium suum, nobis, vel mandato nostro, dare et solvere singulis annis, infra festum nativitatis Domini (Noël), apud Sarratam, unum *rasum* avene, ad mensuram de Sarrata, et unum *caponem* (chapon), vel gallinam. Itaque, quicumque dictorum habitatorum dictum caponem, vel gallinam, solvere non potuerit, vel noluerit, solvat, pro dicto capone, sex denarios monete lausannensis. Item, si aliquis, quicumque et undecunque esset, unus, vel plures, delinqueret in futurum, seu maleficio aliquod quocunque et faceret, pro quo maleficio, vel delicto, ille mutilandus (foret) in aliquo membranorum suorum, ita actum et conventum est, inter me et dictos religiosos, quod ille malefactor, quicumque et quotienscunque hoc acciderit infra dictos terminos, capi et judicari debet per mistralem (*métral*), seu per nuntios (commis), et per mandatum dictorum religiosorum, quo judicato (dictus malefactor) per mistralem, seu per nuntios, dictorum religiosorum, nobis, vel mandato nostro, debet reddi, apud Sarratam, totus *nudus* (c'est-à-dire séparé de ses biens), ut eum puniri faciamus

secundum quod , per nuntios dictorum religiosorum , fuerit iudicatum ; nec , de bonis dicti latronis , seu malefactoris , mobilibus et immovibilibus , debemus nos intermittere , nec illa bona aliquatenus occupare : imo , potius volumus quod omnia prædicta bona dicti latronis , vel malefactoris , mobilia et immobilia , ubicunque essent , dictis religiosis carissimis remaneant . Et volumus quod dicti religiosi illi latroni , vel malefactori , uni , vel pluribus , in perpetuum , possint facere gratiam quamcunque voluerint , in futurum , secundum quod eisdem videbitur fiendum . Item , de gratia aliqua quæ facta fuerit , in futurum , dicto latroni , vel malefactori , quicunque fuerit , per dictos religiosos , seu per eorum nuntios , seu , de culpa aliqua , quum possemus apponere dictis religiosis , seu eorum nuntiis , qui essent culpabiles , negligentes , vel remissi (relâchés) in exsequenda iustitia , seu exsequendo jure , hoc debitum suum non possumus , nec debemus , dictis religiosis , mistrali , vel eorum nuntiis , aliquid , in futurum , petere , opponere , vel etiam inquietare ; nihil autem amplius , nos , aut heredes nostri , possumus , aut debemus , petere , seu etiam extorquere , a dictis habitatoribus , seu abergatoribus , vel aliis quibuscunque , infra prædictos terminos , delinquentibus , nisi , tantum modo , *rasos avenæ* , *caponem* , vel gallinam , prædictos , vel , pro dicto capone , vel gallina , sex denarios , et latronem , sive malefactorem , totum *nudum* , prout superius est expressum , sed , ipsos habitatores , quitamus , in perpetuum , in bona fide , pro nobis et nostris heredibus , ab omnibus juribus , calumpniis , exactionibus et querelis quas contra ipsos haberemus , vel habere possemus in futurum , pro dicto *raso* avenæ et dicto *capone* , vel gallina , sive pro sex denariis loco dicti caponis , vel gallinæ , nobis solvendis , ab uno et singulis , a dictis religiosis , pro quolibet foco , prout dictum est , et pro dicto latrone , vel malefactore , *nudo* nobis , vel mandato nostro , reddendo per nuntios dictorum religiosorum modo et forma quæ superius est expressa , hoc addito in præmissis , quod , de numero focorum et habitatorum , qui debebunt *rasos avenæ* et *capones* prædictos , prout superius expressum , nos , et heredes nostri , tenemus , ex pacto , credere abbati de

Lacu qui pro tempore fuerit, per ordinem suum, vel mistrali dictæ abbatiaë qui pro tempore fuerit, per juramentum suum, renunciantes siquidem, in hoc facto, ex recta scientia, exceptioni doli, mali, metus, et in factum actioni, omni deceptioni, circumventioni, et omnibus aliis exceptionibus juris, et facti, et consuetudinis, per quas possemus venire in futurum contra prædicta, seu aliqua de prædictis, et specialiter ego dictus *Aymo* renuncio, per juramentum meum, in hoc facto, beneficio minoris ætatis, promittentes, nos, *Stephanus*, *Margarita* et *Aymo* prædicti, per juramenta nostra, corporaliter prestita, universa et singula supra dicta firmiter attendere et inviolabiliter observare, nec contra venire verbo, facto, vel consensu. In cujus rei testimonium, nos, *Stephanus* et *Margarita* prædicti, pro nobis et ad preces dicti *Aymonis*, sigilla nostra apposimus huic scripto. Ego vero *Stephanus*, sigillum curiæ lausannensis, unacum sigillo domini *Girardi*, curati de Orny, apponi rogavi et, ad preces meas, apponi feci præsentibus litteris, cum sigillis prædictorum, anno Domini millesimo tercentesimo septimo, mense Aprilis.

## XXVIII.

Remise des affaires de l'abbaye du Lac-de-Joux, faite pour quinze ans à Aymon de Montferrand, seigneur de La Sarraz, par Jean de Lutry, abbé de ce couvent, pour les rétablir.

1524, 29 septembre.

(*Grosse*, page 63.)

Nos, frater Johannes de Lustriaco, divina permissione, abbas humilis abbatiaë Lacus juriensis, præmonstratensis ordinis, Lausannæ diocesis, totusque conventus ejusdem loci, notum facimus universis quod nos, scientes et spontanei, nulla machi-

natione circumventi, plene instructi de jure et de facto nostro, habito, super hoc, diligenti tractatu et consilio in capitulo nostro, ut moris est, inspicientes et considerantes quod ecclesia nostra de Lacu juriensi adeo erat, et est, diversis et infinitis debitis oppressa, et tanta paupertate gravata, et ad tantam inopiam conversa quod, de bonis et redditibus dictæ ecclesiæ, usurarum voragine, prope diem unus solus canonicus nostrum, seu conversus (convers), vix poterat sustentari, ita, videlicet, quod nos atque oportebat, pro victualibus et necessitatibus nostris, extra ordinem et claustum, vagabunde dispergi et verecunde mendicare, divinum cultum nos oportebat ibidem omnino relinquere, et ab eo cessare, ob defectum victualium, et oppressi nimia paupertate. Nos, igitur, avide cupientes statum dicti monasterii nostri in melius reformare, divino auxilio inspirante, dimisimus et dimittimus, concessimus et concedimus ac deliberamus, per præsentem, prout melius et sanius potest intelligi, aut exprimi, viro nobili *Aymoni de Montferrand*, domino de Sarrata, avoërio et gardiatori nostro, et fundatori ecclesiæ nostræ prædictæ, per successores suos, ab antiquo, videlicet per spatium quindecim annorum tantum, et non ultra, a data præsentium incohendorum et continuo subsequendorum, prædictum locum nostrum Lacus juriensis cum suis pertinentiis et appendentiis universis, fructibus, redditibus, exitibus, proventibus, juribus, rationibus, actionibus quibuscunque, ad dictam ecclesiam nostram et ad nos spectantibus, seu pertinentibus, quoquo modo, videlicet: in terris, pratis, ocliis, hominibus, vineis, pascuis, decimis, furnis, molendinis, baptitoriis, aquis, aquarum decursibus, pasturiis, et aliis rebus quibuscunque, sub forma et conditionibus inferius denotatis: imprimis, quod dictus Aymo, dominus de Sarrata, et sui debent, ad præsens et in instanti, et possunt, per conditiones expressas inter nos factas, intrare, subire, tenere, possidere et habere, durante termino prædicto tantum, omnes res et possessiones, fructus, redditus et proventus, ac exitus nostros dicti loci, quos et quas habemus, et habere debemus, in villa de Sallinis (Salinis) et ejus territoriis, in quibuscunque rebus existantibus in villis

et territoriis de Monte-villa et de Lapraz et decimis eorundem, prata, pascua nostra et nemora, quæcunque sint, quorum possessionem ad præsens habemus, aut habere debemus, quoquo modo, in quibuscunque locis existant, quæ prædictus dominus de Sarrata, vice et nomine nostri, ad præsens et in futurum, poterit ad se trahere, nancisci ac vindicare, tali conditione in præmissis apposita quod prædictus Aymo, dominus Sarratæ, debet et tenetur, durante termino quindecim annorum prædictorum, pro cultu Domini in eadem abbazia exercendo, tribus aut quatuor fratribus, canonicis et conversis, ibidem existentibus, in victualibus et vestitibus, decenter providere, unacum abbate dicti loci, qui nunc est, et cui pro tempore fuerit, et atque, processu temporis, majorem quantitatem fratrum tenere in dicta abbazia, si ejusdem abbatiæ accreverint et sufficiant facultates. Item, actum est in præmissis, quod tres canonici, vel conversi, debent habere, pro prebenda sui vini, bis in die quilibet, tertiam partem unius quarteroni vini, ad mensuram Sarratæ. Item, debet et tenetur, dictus dominus de Sarrata, abbatii dicti loci, qui nunc est, et cui pro tempore fuerit, decenter, duplicem prebendam in omnibus ministrare, et debet dicto abbati tenere unum roncinum, pro se, si abbas ipsum emere et tenere voluerit, et unum valletum pro persona dicti abbatis servienda, quibus, roncino et valletto, dictus dominus Sarratæ debet et tenetur expensis sufficienter ministrare. Item debet et tenetur, dictus dominus de Sarrata, visitatores nostri ordinis, semel in anno, infra nostram abbatiam dictam, decenter recipere si venerint, et eis, more solito, victualia ministrare. Animalia etiam quæ habemus, et quæ nobis sunt concessa a domino Grandissoni, et utensilia nostra, debemus et tenemur tradere dicto domino de Sarrata per inventorium. Ipse vero, dominus de Sarrata, finito dicto termino, ea nobis reddere tenetur, exceptis illis animalibus quæ morte, vel alio casu fortuito, essent perempta. Item, actum est, inter nos et dictum dominum Sarratæ, per conventiones prædictas, quod si aliquæ res, possessiones, redditus, sive bona obligata, alienata, vendita, vel quovis modo distracta, ad nos et ad dictam abbatiam,

ecclesiam nostram, modo aliquo reverti contingerent, aut re-  
verti deberent, durante termino supradicto, quod illos redditus,  
res et possessiones, et bona, quæcunque essent, dictus dominus  
de Sarrata et sui tenere et intrare debent, ipsaque, de con-  
cessu nostro, abbatis et conventus prædicti, tenetur idem do-  
minus Sarratæ, in utilitatem nostram, et dictæ nostræ abbatia, ac  
augmentum cultus divini, exponere et penitus implicare  
prout sibi et nobis melius videbitur expedire, dantes et conce-  
dentes nos, abbas et conventus prædicti, præfato Aymoni, do-  
mino Sarratæ, advoërio nostro, plenam et liberam potestatem ac  
speciale mandatum pro nobis, vice et nomine nostro, res et  
possessiones, et bona, et redditus nostros, in quibuscunque locis  
existant et a quibuscunque teneantur, juste vel injuste, redi-  
mendi, petendi, exigendi, recipiendi, possessionem adipiscendi  
atque vindicandi, ita tantum quod, finito dicto termino, nos pos-  
sumus ab ipso rehabere illas res et illa bona per ipsum adepta  
seu acquisita pro eodem pretio pro quo acquisierit supradicta;  
quotienscunque voluerimus, a factis recolectis usque ad domini-  
cam bordarum (Rameaux) immediate subsequendam; expensas  
vero et missiones quas dictus dominus de Sarrata vel sui facerent  
ac sustinuerint, quoquo modo, in adipiscendo, redimendo, vin-  
dicando, seu vel recuperando res, bona, jura, redditus, posses-  
siones et proventus nostros prædictos et in factis, causis et nego-  
tiis nostris tractandis, ubicunque sint, et in eundo et redeundo  
ad nostrum capitulum et ad nostros superiores abbates, vel ad  
Romanam Curiam, pro negotiis nostris expediendis, nos abbas  
et conventus prædicti tenemur ex pacto conventionum nostrarum  
et promittimus sub observandis religionis nostræ et sub hypo-  
thecqua et expressa obligatione omnium rerum nostrarum et  
bonorum nostrorum, præsentium et futurorum, præfato do-  
mino de Sarrata et suis integre reddere, et penitus resortire,  
et super iis sibi credere, suo tantum simplici juramento, loco  
plenæ probationis, sine aliqua dictarum expensarum, aut mis-  
sionum, declaratione, vel monstra, et hoc antequam bona et  
redditus nostros reddere teneantur, cedentes et concedentes  
dicto domino Sarratæ omnia jura et omnes actiones nobis com-

petentes. Item, promittimus, nec possumus, aliquid de dictis bonis vendere, vel alienare, durante dicto termino, nec aliquem canonicum, vel redditum, aut conversum, nisi de expressa voluntate dicti domini Sarratæ, et prædicta omnia attendere, et, si contrarium faceremus, videlicet quod, durante dicto termino, aliquem canonicum, vel conversum, reciperemus, seu aliquid de bonis dictæ abbatiaë alienaremus, nisi de voluntate dicti domini Sarratæ, nos, in eo casu, volumus accessi terminum per duos annos in quolibet actu contrario ultra terminum prædictum. Per aliquam autem possessionem, seu tenueriam, quam, durante dicto termino vel post, præfatus dominus de Sarrata vel sui habebunt in loco, et rebus, et possessionibus, et redditibus prædictis, ipsi mutare non possunt quin nobis et successoribus nostris dicta bona et redditus nostros reddere teneantur, quia in pactum deductum est (sit), satisfacto sibi de expensis et missionibus prædictis prout superius est expressum. Nec possunt, prædictus dominus de Sarrata nec sui, aliquod dampnosum facere in prædictis, salvo alto dominio et etiam mero et mixto imperio, quod debet dictus dominus Sarratæ habere, et habet, tamquam advoërius, in dicto loco nostræ abbatiaë et in locis et territoriis ejusdem, tam ultra lacum dictæ abbatiaë quam infra, seu circa, quæ sibi debent et suis heredibus salva remanere nunc et in futurum. Renuntiantes, in hoc facto, nos, prædicti abbas et conventus, per juramenta nostra et sub voto nostræ religionis, quilibet nostrum insolidum, prout sibi competit, omni exceptioni doli, mali, metus, læsionis, deceptionis, circumventionis, actioni in factum, omnibus privilegiis ordinis nostri, impetratis et impetrandis, realibus et personalibus, pactioni in contrarium, factæ vel faciendæ, relaxioni juramenti officio, et implorationi judicis, actioni, dividendæ constitutioni ob jus porrectum, et juri nonnullarum, constitutioni omni, auxilio ordinario seu extraordinario, beneficio restitutionis in integrum, et omnibus aliis exceptionibus, juris et facti, per quas venire possemus contra prædicta, vel aliqua de prædictis, in totum, vel in partem, et juramus contra non venire, sed promittimus attendere et observare. In quorum omnium testimo-



nium præmissorum , nos , abbas et conventus prædicti , sigilla nostra præsentibus litteris duximus apponenda. Datum et actum in cenobio nostro dictæ ecclesiæ nostræ Lacus juriensis, sabbato ante festum beati Michaëlis , archangeli , (29 septembre) : anno Domini millesimo tercentesimo vigesimo quarto.

**Requête du couvent du Lac-de-Joux à Adam , abbé des prémontrés , pour qu'il permette la remise des affaires de l'abbaye à Aymon de Montferrand , pour le terme de quinze ans.**

1524.

*Grosse , page 74.*

Immensæ discretioni reverendissimi in Christo patris et domini , a divina permissione , abbatis præmonstratensis , supplicans lacrimabiliter et devote sui humiles religiosi , abbas et conventus Lacus juriensis, Lausannæ diocesis, ordinis præmonstratensis, quod, quum nos, multis et diversis debitis, oppressi in tantum quod creditores nostri, per usurarum voraginem et alia debita, diversa bona nostra et redditus quoscunque dicti monasterii occupârunt, et adhuc detinent occupata, adeo quod nos conveniebat esurire et panem querere ostiatim, propter calamitatem et miseriam dicti monasterii, quam fama notoria notorizat, dimiserimus et relinquerimus, ad tempus quindecim annorum proxime venturorum, viro nobili, Aymoni de Montferrand, domino de Sarrata, fundatori, advôerio et gardiatori nostro, dicti monasterii, ab antiquo, qui, condolens de destructione dicti monasterii, nititur, intuitu pietatis, nostris miseris subvenire et, in reformationem dicti monasterii, bonum remedium adhibere, bona et redditus dicti monasterii, quos minime percipere poteramus, per hoc quod ipse debet certis personis de nostris novum præbendatum, dicto tempore, in

victualibus providere, ac etiam in dicto monasterio ministrare, unde possit ibidem cultus divinus, ut decet, salubriter exerceri, prout hoc et multa alia in litteris inde confectis poteratis per præsens intueri. Idcirco, reverendam paternitatem vestram humiliter exhortamur quod, per hoc commodum et reformationem dicti monasterii, ac nostris infirmitatibus, miseriis, et calamitatibus notoriis compatientes, ut divinum mysterium non remaneat incultum, prædictæ concessioni et aliis contentis in dictis litteris consensum vestrum præstare dignemini et assentiamini : absque eo, oporteret nos necessario mendicare et a claustro recedere, et monasterium relinquere desolatum, quod in Dei et monasterii gravem jacturam redundaret et scandalum plurimum. Prædicta omnia, tam vobis quam vestro capitulo generali, humiliter supplicando, valeat vestra paternitas reverenda per tempora longiora ! In quorum omnium testimonium prædictorum, nos, abbas et conventus Lacus juriensis prædicti, sigillum nostrum et abbatis Lacus juriensis, quo univoque usi fuimus, in hac parte, præsentì supplicationi duximus apponendum. Datum anno Domini millesimo tercentesimo vigesimo quarto.

Adam, abbé des prémontrés, charge les abbés d'Humilimont (Marsens) et de Fontaine-André, de faire une vision au couvent de l'abbaye pour s'assurer de son état.

1524.

*Grosse, p. 76.*

Adamus, Dei patientia, premonstratensis abbas, venerabilibus et dilectis in Christo fratribus Corneoli, Humilis-montis et Fontis-Andreæ abbatibus, salvam et sinceram in Domino charitatem.

Quum ecclesia de Lacu juriensi ad tantam desolationem venerit prout venerabili fratri nostro abbati sancti-Martini laudunensis (de Laon), et nobis etiam post, rescriptum quod, nisi

eidem subveniatur de remedio opportuno, non adveniet de cætero ut resurgat. Ad cujus revelationem, vir nobilis Aymo, dominus de Sarrata, fundator, ut dicitur, dicti loci, affectat, paternarum elemosinarum æmulator, manum apponere sub hac forma, quod huic, usque ad quindecim annos, omnes redditus et proventus ad dictam ecclesiam spectantes recipiat et habeat, et conventui, videlicet quatuor canonicis, cum abbate et quibusdam conversis, provideat, usque ad dictum terminum, et plura alia in quibusdam litteris, quibus præsentis litteræ sunt infixæ, facere tenebitur, et, quia ad plenum nobis non constat utcum istud sit utile ecclesiæ, annon, et vobis de vestra fide plenius confidimus, vobis, in virtute sanctæ obedientiæ firmiter præcipiendo, mandamus commissos ad dictam ecclesiam, quam citius personaliter accordentes visitetur, ibidem domum habentes præ oculis, tam in capite (le chef) quam in membris corrigentes quæ secundum Deum et ordinem invenirentur corrigenda, et, post modum, inquiratur, cum diligentia, de statu ipsius ecclesiæ temporali, videlicet: quantum vobis et quibus, et quæ bona mobilia sunt in dicta ecclesia et in membris et si alia, pro alienatione et tam longinqua, de quibus in prædictis litteris sit mentio, essent vel ecclesiæ, seu dampnosa, et in quo statu dictus nobilis, in fine dictorum annorum quindecim, dictam ecclesiam reddere teneretur, et quas expensas rehabere vellet pro possessionibus ipsius ecclesiæ reaquerendis, et quos redditus, seu quas possessiones, nunc dicta ecclesia tenet, et quas hæreditates et redditus, sive bona, extra manum ecclesiæ sunt posita, perpetue, vel ad vitam? De quibus omnibus et singulis, vobis et vestris ecclesiæ conscienciis, fideliter et celeriter rescribatis. Quantum ad præmissa diligenter exsequenda, vobis, aut duobus vestrum, tertio infirmitate detento, et non alio, committimus nostræ plenitudinem potestatis. Datum Premonstratensis, anno Domini millesimo tercentesimo vicesimo quarto, feria sexta, post nostrum capitulum generale.

Rapport de Gui, abbé de Cornéolois, et de Pierre, abbé de  
Fontaine-André, à l'abbé des Prémontrés sur leur vision  
au couvent de l'abbaye.

1324.

(Grosse, p. 79.)

Reverendo in Christo patri et domino suo, reverendissimo domino, a permissione divina, premonstratensis abbati, sui humiles et devoti Guydo, de Corneolo, et Petrus, Fontis-Andreae, abbates, se ipsos, cum omni reverentia debita, commendant.

Noscat vestra reverenda paternitas nos litteras commissionis vestrae nobis factae et venerabili fratri Humilis-Montis abbati, cum illa clausa quod « si non omnes, duo vestrum, tertio se » infirmitate excusanti, » cum illa qua decet reverentia, recepisse. Quo facto, nos tamquam filii obedientiae, volentes mandatum vestrum reverenter exsequi, et tenemur requisiti, ut decet, dicto commissario nostro qui se, infirmitatis causa, per suas patentes litteras, excusavit, prout, in suis litteris, poteritis propensius intueri, citatisque legitimo abbate et conventu Lacus juriensis, qui dispersi erant extra locum praedictum, eo quod non haberent unde viverent in abbazia praedicta, ad dictam abbatiam personaliter accessimus, nec ibi invenimus nisi duos fratres, senes et valetudinarios, qui solum ibidem, cum pane avenatico et aqua tantum, Domino serviebant. Nos autem, male fuisset sustentati nisi in quantum vir nobilis Aymo de Mont-Ferrand, dominus de Sarrata, amore Dei et religionis, nobis, in visitando dictum locum, victus et necessaria ministraverit. Secunda autem die, abbate et conventu Lacus juriensis praedictis ibidem congregatis, inquisivimus diligenter qualiter cultus divinus ibidem celebrabatur et qualiter canonici dicti loci se regebant, et de statu ecclesiae dicti loci temporalis. Revera, invenimus quod ornamenta fere omnia dictae ecclesiae erant extra dictum locum, pignori obligata, pro pecuniarum

quantitatibus infinitis, videlicet : cruces aureæ, et argenti tres calices, casulæ dramaticæ (chasubles), quinque tunicæ albæ, paratæ, et aliæ non paratæ, necnon utensilia, dicto domino, fere omnia. Et quum interrogarem abbatem et conventum prædictos cur hoc esset? — responderunt quod hoc ob eorum inopiam et miseriam manifestam, quum ex alio non haberent unde possent sustentari, sed mendicabant per mundum, circum circa, et ipsos famescere et mendicare amplius oportebit nisi eisdem subveniatur in brevi. Interrogatis ulterius quid devenerunt eorum redditus et qui erant, et quæ bona hæreditaria habebant et quibus fuerunt obligata, perpetuo, ad tempus, vel ad vitam? — responderunt quod eorum abbatia, ab antiquo, fuit et erat diversis redditibus et prædiis, ac egregiis possessionibus, dotata, sed, malo regimine abbatum suorum, qui pro tempore fuerunt, omnes redditus sui et possessiones ejusdem sunt penitus addictæ, quædam in perpetuum, quædam ad tempus, quædam ad vitam, et quædam pignori, obligatæ, prout in rotulo quem vobis mittimus cum præsentibus litteris in fine videbitis clarius contineri. Item, interrogati per nos per quem possent eisdem de suis miseriis subveniri et dicta domus in melius reformari? — dixerunt, per eorum juramenta ad sancta Dei Evangelia corporaliter præstita, et sub voto religionis suæ, quod nesciunt alium per quem dicta domus valeat melius relevari nisi per dictum dominum de Sarrata, reddentes super hoc rationem quod idem dominus Sarratæ condolet et desolatione et destructione dicti monasterii, et affectat ipsum in melius reformare ex eo et pro eo quod patronus, et gardiator, et fundator dictæ domus, ab antiquo; item, quia prædecessores sui, viri inclytæ recordationis, probi et Deum timentes, ibidem in Domino sunt sepulti, et adhuc, de novo biennio nundum elapso, fecit ibidem nobiles dominas aviam suam et uxorem suam sepeliri, quorum et quarum animarum salus cordi est domino Sarratæ, ob reformationem dicti monasterii, modis omnibus subvenire. Ea propter, conventiones illas de quibus fit mentio in litteris quibus, vestra prædicta Commissio est incerta si fecerint non immerito cum prædicto domino Sarratæ. Super quibus conventionibus, abbati

et Conventui prædictis lectis, et per nos lingua materna et mature declaratis, an cederent in utilitatem monasterii Lacus juriensis, annon? inquisivimus diligenter per juramenta singulorum, primo in publico, secundo singulariter et secreta, et invenimus, per eosdem unanimiter concordantes, et per alios probos viros vicinos, ac per famam notoriam, quod dictæ conventiones cedunt in evidentem utilitatem dicti monasterii, et pro certo, nisi deducantur ad effectum, quod in vobis est, per confirmationem vestram faciendam, prædictum monasterium ad tantam desolationem venire non continget quod vix inveniretur de cætero alium relevantem, quod caderet in vituperium totius ordinis et scandalum plurimorum, quod quidem in promptu est, nam domus et habitationes suæ jam minantur ruinam, sicut vidimus apparentes. Et hæc paternitati vestræ, in nostris conscientiis, rescribimus, per præsentem, vobis humiliter supplicantes ut, ob reformationem dicti monasterii et ne in deteriorem statum devenire contingat, vobis placeat confirmare: primum, quod dictus vir nobilis, dominus de Sarrata, religionis vestræ est auctor, et quod, bono zelo, suis machinationibus, affectat dictum monasterium in melius reformare. Super quæ vobis, in nostris conscientiis, scribimus in aliquo non esse dubitandum. De expensis vero quas dictus dominus Sarratæ faciet in rehabendis et recuperandis redditibus dicti monasterii, et in quo statu in fine dicti termini dictum monasterium reddere debeat, sive velit, fuisset nobis impossibile inquisisse, cum ista sint futura et incerta, nec, de futuris, nulla sit, nisi soli Deo, determinanda veritas. Et, de expensis, satis patebit, in fine dicti termini, per litteras creditorum quas habebit dictus dominus de Sarrata, et per proprium suum et suorum juramentum. Ipsum enim talem cognoscimus, et tantæ fidei, et tanti alti sanguinis, quod ipse nec sui, nullo modo, pro aliquo degerarent. Item, sciatis quod abbas et conventus Lacus juriensis prædicti, bene et legaliter, sunt firmi et securi a dicto domino de Sarrata, pro se et suis hæredibus, per litteras suas confectas per manum publicam, et sigillo ipsius domini de Sarrata et sigillo authentico sigillatas; quod dictus dominus Sarratæ et

sui, eidem religiosis et suis successoribus, inviolabiliter observabunt conventiones inter ipsos habitas, prout in prædictis litteris, quibus nostra commissa est annexa, continetur, et quod, eodem modo, dictæ conventiones declarantur in litteris abbatis et conventus prædictis, de verbo ad verbum, sicut in ipsis litteris domini de Sarrata declarantur. Item, quod bene sunt securi, per prædictas suas litteras quas penes se habent; quod possessiones suas, in fine dicti termini, rehabebunt, contradictione aliqua non obstante. Bene sit et diu valeat vestra paternitas, in Domino, per tempora longiora! In quorum testimonium præmissorum, sigilla nostra præsentibus litteris duximus apponenda. Datum, in abbacia dicti Lacus juriensis, die Martis post festum Sancti Andreae, apostoli (4 décembre), anno Domini millesimo tercentesimo vigesimo quarto.

Etat des affaires de l'abbaye du Lac de Joux.

1324.

(Grosse, page 83.)

Tenor vero status ecclesie Lacus juriensis talis est. Hæc sunt alienationes, pensiones, obligationes, factæ perpetuo, et ad tempus et ad vitam, possessionum, reddituum et bonorum abbacie Lacus juriensis, præmonstratensis ordinis, Lausannæ diocesis, atque debita dictæ abbacie :

Imprimis, illustris vir dominus Ludovicus de Sabaudia tenet clausum (clos) de Chastanéraz, cum pertinentiis dicti loci, tam vineis, pratis, terris, quam aliis redditibus omnibus, qui bene valent ducentas libras, termino annui redditus, pro tribus mille libratis obligatis, licet inde non habeat litteras.

(Nunquam potuit rehaberi, quia in manu forti esset, et nunc tenet dominus Viriaci.)

Item, Vullielmus de Disy, miles, nuper tenet, ad vitam suam, omnes decimas quas ipsa abbatia habet in parrochiata de Es-

pendes et Suchie (Suchy), quæ bene valent sexaginta modios bladi.

Item, tenet idem Vullielmus, ad vitam suam, domum de Lonay, cum pertinentiis suis, quæ valet quinquaginta libras annui redditus.

Item, dominus Johannes de Montcherant, presbyter, tenet, ad vitam suam, omnes decimas in parrochiis de Rances, Sancti-Christoffori (St.-Christophe) et Abergamenti, quæ valent quadraginta modios bladi.

Item, tenet sex modios vini, annuatim, ad vitam, et debentur eidem triginta modii pro retentoriis.

Item, tenet medietatem reddituum grangiæ de Oulens, quæ valet octo modios bladi, et sibi debentur quinquaginta libræ.

Item, tenet magister Vullielmus de Lustriaco, officialis Lausannæ, ad vitam suam, domum de Rueryz (Rueyres) quæ bene valet octoginta libras per annum.

Item, tenet Vullielmus ly Goctroux, de Morgia, sexdecim libras per annum, super personatum de Cuarnens, et tenet personatum Sancti-Symphoriani, qui valet unum modium frumenti.

Item, tenet, ad vitam suam, octo modios frumenti census, super decimam Sancti-Symphoriani, et debentur quadraginta quinque libræ, pro semel.

Item, tenet Franciscus de Disy, ad vitam suam, grangiam Sancti-Symphoriani, quæ valet triginta libras per annum. Item, debentur eidem quatuordecim libræ per annum, ad vitam.

Item, liberi Ruffi, de Morgia, ad vitam tenent grangiam de Chardone, quæ valet viginti quinque libras per annum.

Item, tenent undecim modios bladi, super decimam Montisvillæ. Item, etiam tenent census de Montevilla.

Item, Stephanus de Yverduno tenet, ad vitam suam, sexdecim modios frumenti census, super decimam de Suchiez, et duos modios avenæ, et sex modios vini super vineas de Lonay.

Item, tenet quamdam domum et census debitos Lausannæ. Item, Octoninus de Bello-monte tenet, ad vitam suam, gran-



giam de Cuarnens et alios redditus, qui valent bene triginta quinque libras per annum.

Item, Guilielmus de Chabbie(l'Ile) tenet, per tres annos, quadraginta libras super census et villam de *Loco*.

Item, Johannes de Senarclens percipit quindecim modios frumenti, per annum, super grangiam-novam et census de Chavannes, et duos modios vini census, totum pro ducentis quinquaginta libris.

Item, nepotes Stephani de Sarrata tenent obligatam decimam de Orny dictæ abbatia, quæ valet circa duodecim modios.

Item, decem octo cupas bladi, super decimam de *La Vault*.

Item quinque calices argenteos deauratos, unacum magnam crucem et grossam, cum lapidibus pretiosis, unam bibliam, unum missale, et totum pro tricentis libris.

Item, G. de Cuarnens et Aymo, ejus nepos, habent, per quinque annos, decimas et terragia de Cuarnens et de Chavannes, et sex modios frumenti super molendinum de Cuarnens, qui valent triginta libras per annum.

Item, Jaquetus de Pampigniez tenet quindecim libras census, super decimas de *Moraz (Mauraz)* et de *la Couldraz*.

Item, Perrinus Celerey tenet viginti libras, per spatium novem annorum, super grangiam de *Oulens*.

Item, Johannes Malliet, de *Cossonay*, centum solidos, per sex annos, super furnum de *Cuarnens*.

Item, P. Goctroux, de *Cossonay*, tenet quinquaginta quinque solidos census, super *Moeries (Moiry)*, et quadraginta solidos, quos debent illi de *l'ormoz* de *Cuarnens*.

Item, debentur Jaqueto de Pampigniez quatuordecim libræ, pro semel.

Item, Nicolao Favre, de *Lylaz(l'Ile)*, quatuordecim libræ, semel.

Item, liberis Johannis Bonnet, de *Sarrata*, quatuordecim libræ, semel.

Item, Falconi de *Sarrata*, quinquaginta solidi, semel.

Item, Henrico de *Corsellis*, sexaginta libræ, semel.

Item, centum et decem solidi, semel.

Item, domino de *Cossonay*, viginti quatuor libræ, semel.

Item, Girardo de Cuarnens, viginti quatuor libræ, semel.

Item, Petro de Staviaco (d'Estavayer), quatuor viginti libræ, semel.

Item, eidem Petro, triginta cupæ frumenti census.

Item, G. D. Jolens (ou Joulens), octo modios frumenti census, pro centum libris.

Item, Huguonyno de Morgia, carnifici, tresdecim libræ, duodecim solidi.

Item, Jacobus, castellanus de Sarrata, habet de abbatia duodecim petias vestimentorum.

Item, ly Prodon, de Cossonay, tenent furnum Montis-villæ et duodecim solidos, et unum modium frumenti census super mollendinum de Cuarnens.

Item, unum modium frumenti apud Conaiz, per quatuordecim annos, pro centum libris.

Item, liberi de Ballens tenent grangiam de Trivillino, quæ valet centum libras terræ census.

Item, Petrus de Bettens tenet medietatem de Bettens, perpetuo, quæ valet centum libras per annum.

Item, dominus Grandissoni tenet grangiam de Villars-Luczon; quæ valet viginti sex libras terræ.

Datum, anno Domini millesimo tercentesimo vigesimo quarto, in festo Sancti-Johannis evangelistæ (27 décembre).

### XXIX.

Remise faite pour 15 ans à Aymon de Montferrand, seigneur de La Sarraz, des possessions, rentes, etc., de l'abbaye du Lac de Joux, pour en rétablir les affaires, par Jean, abbé de St.-Martin de Laon, de l'ordre des prémontrés.

1325.

(Grosse, p. 91.)

Nos frater Johannes, Dei patientia, humilis abbas sancti-Martini laudunensis (de Laon), premonstratensis ordinis,

notum facimus universis præsentibus litteras inspecturis, quod cum nos, relatu plurium fide dignorum, quibus fidem adhibemus, pro certo didicerimus quod monasterium, seu ecclesiam, Lacus juriensis, nostri premonstratensis ordinis, Lausannæ diocesis, filia nostra specialis, usurarum voragine, pravorum rectorum regimine, et aliis oppressionibus infinitis gravata, est oppressa de paupertate, et quasi ad nichillum redacta, adeo quod vix solus canonicus, seu conversus, prædicti monasterii (sit), nullum aliud remedium, ut asserunt, reformationi dicti sui monasterii reperire potentes, res, possessiones, bona, proventus, redditus, exitus et jura dicti monasterii quæcunque, quæ ad præsens possident et possidere debent, ac eisdem obvenire, tam de jure quam de facto, per quindecim annos continuos, proxime venturos et continuo subsequendos et complendos, nobili viro Aymoni de Montferland, domino de Sarrata, advoërio nostro et gardiatori suo, ac fundatori, ab antiquo, monasterii supradicti, cesserunt, concesserunt, tradiderunt, vel quasi, et diviserunt, sub certis conditionibus et conventionibus inter ipsos habitis et initis, prout in litteris super hoc confectis, sigillis prædictorum, abbatis et conventus dicti monasterii Lacus juriensis, sigillatis plenius et serius vidimus contineri, supplicantes nobis et conventus prædicti, humiliter et devote, committunt nos prædictis cessioni, concessioni, dimissioni et traditioni, vel quasi, tanquam factis pro evidenti utilitate monasterii prædicti et in ipsius reformationem, nostrum dignemur præstare consensum et accensum. Nos igitur, in præmissis mature procedere volentes, requisito, super hoc, consilio a reverendo, in Christo patre et domino, domino Adamo, Dei patientia, abbate præmonstratensis, et quam plurimis nostris consociis abbatibus, et aliis bonis personis nostri ordinis prædicti, facta, super hoc, certa commissione, a dicto domino premonstratensi abbate, abbatibus Corneoli et Fontis - Andræe, nostri ordinis, qui diligenter inquirerent de statu monasterii prædicti et eidem ac nobis referrent litteratorie quidquid, super hoc, reperirent et utrum prædictæ cessio, concessio, traditio, vel quasi, factæ

a dictis abbate et conventu dicto domino Sarratæ cederent in utilitatem et reformationem dicti monasterii, annon? Qui prædicti abbates Corneoli et Fontis-Andræ mandatis dicti domini præmonstratensis ordinis abbatis, uti tenebantur, parentes, inquisito ab ipsis personaliter de statu ecclesiæ, seu monasterii prædicti, ac circumstantiis universis, dicto domino præmonstratensi abbati penuriam, paupertatem, miseriam et desolationem dicti monasterii litteratorie rescripserunt, nobis intimantes, per prædictas suas patentes litteras, et in suis conscientiis, quod prædictæ cessio, concessio, traditio, vel quasi, ac deliberatio sunt et erunt, in posterum, utilitas, et commodum, ac reformatio monasterii Lacus-juriensis prædicti, et quod dictum monasterium vix reperire poterit alium relevantem. Idcirco, nos, de consilio prædicti domini præmonstratensis abbatis et quam plurimorum consociorum nostrorum, abbatum et aliorum, in nostro pleno generali capitulo præmonstratensi congregatorum, cessiones, concessiones, traditiones, vel quasi, et demissiones, de prædictis, ipsi domino Sarratæ a prædicta abbacia et conventu dicti monasterii Lacus juriensis, per dictum terminum, factas et alia in prædictis litteris contenta, laudamus, ratificamus et approbamus, et auctoritate nostra confirmamus, in prædictis omnibus et singulis, tamquam rite factis et pro evidenti utilitate monasterii Lacus juriensis prædicti, auctoritatem nostram interponentes, pariter et decretum. In cujus rei testimonium, sigillum nostrum præsentibus litteris duximus apponendum. Datum, Præmonstratensi, anno Domini millesimo tercentesimo vigesimo quinto, sedente nostro præmonstratensi Capitulo generali.

## XXX.

Plein-pouvoir, donné à Aymon de Montferrand et à ses successeurs par l'abbé et le couvent du Lac de Joux, de construire un ou plusieurs châteaux-forts en Pierra-Fulix ou ailleurs dans le territoire de l'abbaye.

1551.

*(Grosse, p. 62.)*

Nos frater Jacobus, humilis abbas Lacus juriensis, totusque conventus ejusdem loci notum facimus universis quod nonnulli, qui nomen Domini in vanum recipere non formidant, bona, redditus et jura abbatiae et nostrae de Lacu-juriensi occupant plerumque et adhuc detinent occupata, in nostri praejudicium non modicum et gravamen, nosque timentes, ex aliquibus conjecturis, ne in posterum plus gravemur, attendentes et quod licet nobilis vir Aymo de Montferrand, dominus de Sarrata, qui est avoerius nostrae abbatiae praedictae et locorum, jurium et territoriorum ejusdem ac villarum, et qui merum et mixtum imperium, ac omnimodam jurisdictionem habet, et habere debet, tam in dicta abbatia quam in locis, terris, hominibus, villis et territoriis ejusdem, in quibus locis, jura dictae abbatiae, seu infra, vel circa, non potest quoquo modo jura et redditus, ac locum dictae abbatiae defendere et tueri nisi faciat ibidem aliquod castrum, seu fortalitium, vel villam, per quod possit resistere omnibus sibi rebellibus in exercitio suo meri et mixti imperii et omnimodae jurisdictionis quod et quam habet, et usus est habere et esse in possessione ejusdem exercitii, nomine suo, et confitemur ita esse in abbatia, locis, villis, territoriis et hominibus, cum suis pertinentiis, prout superius est expressum, ubicunque. Nos, scientes et spontanei, considerata evidenti utilitate nostra et dictae abbatiae, habito, super hoc;

diligenti deliberatione, consilio et tractatu, in capitulo nostro, ut moris est, damus et concedimus dicto domino de Sarrata plenam et liberam potestatem, et liberum velle ac arbitrium, et volumus, et in pactum sibi deducimus quod ipse, vel sui hæredes, tamquam in rem suam, possit et valeat construere, levare et facere construi et levari fortalicia, castra, vel villas, unum vel plures, in loco ubi dicitur en Pierra-Fuli, vel alibi, in certis locis et territoriis nostræ dictæ abbatiaë, quibuscumque suis, citra lacum, sive infra, prout sibi melius placuerit faciendi (facere), quia in iis omnibus sua jurisdictio se extendit, promittentes, bona fide et sub pœna mille librarum lausanensis, quod nos, vel successores nostri, ad prædicta non recipiemus aliquot alios, seu alterum, præterquam dictum dominum Sarratæ, vel suos hæredes, nec, contra prædicta, removebimus, per nos, vel successores nostros, in futurum. Quod, si contrarium, nos, vel successores nostri, faceremus, publice, vel occulte, nos, pro nobis et successoribus nostris, promittimus, bona fide et sub expressa hypotheca et obligatione bonorum nostrorum et dictæ abbatiaë, solvere dicto domino de Sarrata, vel suis hæredibus, dictas mille libras, nomine dictæ pœnæ, unacum dampnis et expensis, ac interesse inde evenientibus. Super quibus omnibus, tam super actu, vel consensu, contrario quam super dampnis et expensis prædictis, credere tenemur, nos et successores nostri, et ad hoc nos obligamus juramento simplici dicti domini de Sarrata, vel hæredum suorum, sine aliqua declaratione, vel monstra. Et hoc omnia sibi promittimus, pro nobis et successoribus nostris, perpetuo et firmiter observare, nonobstantibus aliquibus pactionibus, seu conventionibus, in contrarium, factis vel faciendis, quibus renuntiamus expresse. In quorum omnium testimonium præmissorum, nos abbas et conventus prædicti sigilla nostra præsentibus litteris duximus apponenda. Datum, die Jovis ante festum beatorum Philippi et Jacobi, apostolorum, anno Domini millesimo tercentesimo trigesimo primo.

## XXXI.

Remise de Jean Cuastron, qui avait empoisonné Humbert de Fribourg, nouvel abbé du Lac de Joux, faite à Aimon, seigneur de la Sarraz, comme avoué de ce couvent, par Jean, évêque de Lausanne.

1535, 5 mars.

(Grosse, page 94.)

Nos, Johannes, Dei gratia, episcopus lausannensis, notum facimus universis quod, quum ad aures nostras pervenisset quod quidam canonici abbatiae Lacus-juriensis, præmonstratensis ordinis, Lausannæ diocesis, motu diabolico et odii fomite, toxicassent et toxicari procurassent virum innocentem et religiosum, dominum Humbertum de Fryburgo, abbatem de novo creatum in dicta abbatia Lacus-juriensis destituta pastore, nos, nolentes tam horrendum scelus et factum judaicum sub dissimulationem transire, ne sanguis de nostris manibus requiratur, ad inquisitionem dicti facti processimus in hunc modum : primo, capi fecimus apud *Insulam* Perrodum de Loco, clericum, qui dicebatur manus suas dictæ toxicationis esse polutus, qui clericus captus, sub periculo animæ suæ, nobis retulit et confessus fuit, simpliciter et de plano, præsentibus quam pluribus fide dignis, quod frater Johannes Cuastron, dictæ abbatiae canonicus, qui prior exstiterat, causa dictæ toxicationis, sibi tradidit toxium et venenum per quod dictus abbas et socius eius fuerunt toxicati. Cupientes itaque ne factum prædictum remaneret impunitum, capi mandavimus et jussimus, in prædicta abbatia, dictum fratrem Johannem Cuastron per Vullielmum de Pampigniez, familiarem nostrum, et per Johannem de Dalieno (Daillens), domicellos, qui domicelli et commissarii nostri in hac parte venti, cum quibusdam coadjutoribus de terra domini de Cossonay, nobis dictum fratrem Johannem Cuastron

adduxerunt in nostra prisone (nostrum carcerem) captivatunt. A quoquidem fratre Johanne, inquisivimus veritatem dicti sceleris perpetrati coram certis publicis notariis et testibus fide dignis; super quo, nobilis vir Aymo, dominus de Sarrata, advoërius et fundator, ut asserit, ab antiquo, dictæ abbatia, merum et mixtum imperium et jurisdictionem omnimodam obtinens, ut asserit, in eadem, nobis graviter est conquestus, dicens, asserens et allegans quod ipsum fratrem Johannem, seu quemquam alium, capi fecisse non debuissimus in loco abbatia prædictæ, jurisdictionis suæ, nisi per manum suam, aut gentium et familiariorum suorum. Quare, nos, cum instantia, requisit quod nos ipsum fratrem Johannem Cuastron remitteremus eidem ad faciendum et remittendum prout esset rationis. Nos igitur, de consilio peritorum, præsentè dicto domino Humberto, abbate dictæ abbatia, remisimus et remittimus, mandamus, per nostrum baillivum Lausannæ, dicto domino de Sarrata dictum fratrem Johannem Cuastron, ad hoc quod ipsum remittat et transmittat dicto præmonstratensi ordini, secundum excessus, et sua delicta, et statuta dicti ordinis, puniendum, et tali pœna quod cedat cæteris in exemplum. Vullielmus vero de Pampigniez et Johannes de Dallieno prædicti confessi sunt, et attestati sunt, et asserunt in veritate quod ipsi, tamquam familiares nostri, et de mandato nostro, prædicta fecerunt, et quod non vocaverunt secum aliquos de terra domini de Cossonay nisi ad adjutorium eorundem, et quod prædicta non fecerunt de alterius domini, vel personæ, mandato, voluntate, vel consensu, quod quidem dominus Aymo, dominus de Cossonay, scienter et sponte testificatus est et confessus fuit in veritate esse verum, nolens, idem dominus de Cossonay, quod per dictam captionem factam in dicta abbatia, ut prædicatur, per dictos domicellos, de dicto fratre Johanne, alicui in suo jure præjudicium gereretur. In cuius rei testimonium, nos, præfatus episcopus, tam pro nobis quam ad præces et requisitiones dicti Aymonis, domini de Cossonay, Vullielmi de Pampigniez et Johannis de Dallieno prædictorum, sigillum nostrum præsentibus litteris duximus



apponendum. Datum, Lausannæ, die tertia mensis Martii, anno Domini millesimo tercentesimo trigesimo quinto.

## XXXII.

Acte de vente de la Vallée-du-Lac-de-joux, faite par François de la Sarraz, à Louis de Savoie, seigneur de Vaud, du 24 Avril 1544.

In nomine Domini, amen!

Au nom du Seigneur, amen!

Noverint universi præsentés litteras inspecturi quod ego Franciscus, dominus de Sar-rata, habito super hoc diligenti tractatu cum amicis et consi-liariis meis, pro meis negotiis expediendis et meis debitis persolvendis, quæ aliter expe-diri non poterant, cum bona mea usurarum voragine erant parata ad nihilum pervenire; idcirco ego, dictus Franciscus, non vi, non dolo, non metu inductus, non aliquo fraudis ingenio circumventus, sed ex mera mea et pura voluntate, de consensu et voluntate ex-pressa Mariæ, conjugis meæ, vendidi et vendo perpetuo, et, nomine venditionis puræ et perpetuæ, trado et concedo, pro me et meis hæredibus, vendidi, tradidi, cessi, reliqui, et me vendidisse et tradidisse confiteor per præsentés, viro

Sachent tous ceux qui les présentes lettres verront que moi, François, seigneur de la Sarraz, après avoir à ce sujet mûrement délibéré avec mes amis et mes conseillers, sur les moyens d'arranger mes affaires et de payer mes dettes, qui autrement ne pouvaient être payées, mes biens étant près d'être réduits à néant par l'a-bîme des usures; (c'est-pour-quoi), pour parvenir à cette fin, moi, le susdit François, sans y être engagé par force, dol, ni crainte, ni circonvenu par aucun engin de fraude, mais de ma pure et libre vo-lonté, du consentement et de la volonté expresse de Marie, ma femme, j'ai vendu et vends à perpétuité, et au nom de vendition pure et perpétuelle, je donne et concède, pour moi et mes héritiers, j'ai vendu

magnifico et potenti, et domino meo carissimo, domino Ludovico de Sabaudia, domino Vuaudi, præsentî, ementi, et recipienti, et sollempniter stipulanti, nomine suo et hæredum assignatorum et assignandorum suorum, quidquid juris, actionis, reclamationis, advocacionis, advoëriæ, proprietatis, dominiî utilis et directi, meri et mixti imperii et omnimodæ jurisdictionis, possessionis, vel quasi-possessionis, venationis, cursus aquæ et aquarum decursibus, et omnia et singula quæ habeo, et habere possum, vel debeo, vel ad me pertinere debet, vel videtur, quocunque modo, quacunque de causa, quocunque usu, quacunque servitute vel quasi, in tota Valle lacus juriensis, videlicet : a loco dicto Pierra-Fuliz, usque ad unam leucam vulgarem prope lacum dictum Quinzonnet, secundum Vuaudi patriam limitandam, et, a monte nuncupato Riso, qui est de-versus Mothioz, usque ad montem dictum Montendroz, qui pendet a partibus de Vaud, sicut aquæ currunt et pendent a dictis montibus versus dictam abbatiam et lacum dictæ abbatiæ, et versus aquam dictam

donné, cédé, laissé, et je confesse que j'ai vendu et cédé par les présentes à magnifique et puissant Louis de Savoie, seigneur de Vaud, mon très-cher seigneur, présent, achetant, acceptant et stipulant solennellement, en son nom et en celui de ses héritiers, assignés ou à assigner, tout ce que j'ai de droit, action, raison, réclamation, patronage, avouerie, propriété, domaine utile et direct, mère et mixte empire et omnimode juridiction, possession ou quasi - possession, droits de chasse, cours d'eaux avec les écoulemens des eaux, et toutes et chacune des choses que j'ai, et que je puis ou dois avoir, ou qui doit ou semble devoir m'appartenir, de quelle manière, pour quelle cause, quel usage, ou quelle servitude ou quasi que ce soit, dans toute la Vallée - du - lac-de-joux, savoir : depuis le lieu dit Pierra-Fuliz, jusqu'à une lieue vulgaire auprès du lac dit Quinzonnet, lieue qui doit être limitée selon l'usage du Pais-de-Vaud, et, depuis la montagne nommée Risoux qui retourne vers Mothioz (Mouthe), jusques à la montagne appelée Montendroz, qui penche du

Orba, quæ egressum suum habet a dicto lacu dicto Quinzonnet, incidendo in aquam prædictæ abbatæ; item, quidquid juris, actionis, domini directi et utilis, proprietatis, possessionis, vel quasi, meri et mixti imperii et jurisdictionis habeo, habere possum, vel debeo, quoquo modo, quocunque titulo, sive causa, in juriis, dominiis, a dicto loco, de Pierra-Fuliz, et ultra, longe et late, ubicunque se extendant, videlicet pro pretio mille librarum bonarum lausannensis monetæ, quas a dicto domino, meo domino Ludovico prædicto, habui et recepi et me habuisse et recepisse confiteor, in bona pecunia numerata nomine et ob causam pretii venditionis prædictæ, quas confiteor in utilitatem meam et in exonerationem dictorum debitorum meorum fore versas, devestiens me, ego, dictus Franciscus, venditor, hæredes et successores meos, de omnibus juribus advocacionis et advoëriæ, meri, mixti imperii, et omnimodæ jurisdictionis, et omnium et singulorum prædictorum per me venditorum, et omnium jurium et actionum mihi, quomodolibet, compe-

côté de Vaud comme les eaux courent et penchent depuis les dites montagnes vers la dite abbaie et le lac de la dite abbaie et vers l'eau appelée l'Orbe, qui sort du dit lac Quinzonnet et qui tombe dans l'eau de la prédite abbaie; item, tout ce que j'ai, que je puis ou dois avoir de droit, d'action, de raison, de domaine direct et utile, de propriété, de possession, ou quasi-possession, de mère et mixte empire et omnimode juridiction, en quelle façon, à quel titre, ou pour quelle cause que ce soit, dans les joux et domaines dès le dit lieu de Pierra-Fuliz, et au-delà, en long et en large, quelle part qu'ils s'étendent, savoir pour le prix de mille livres bonnes, monnaie de Lausanne, lesquelles j'ai eues et reçues du dit seigneur Louis, mon prédit seigneur, et que je confesse avoir eues et reçues en bon argent comptant à titre et pour cause de la prédite vente, et que je confesse devoir être employées et appliquées à mon profit et au paiement de mes dites dettes, me dévêlissant, moi, le dit François, vendeur, et mes héritiers et successeurs, de tous droits de patronage,

tentium in abbatia prædicta et in tota valle ipsius abbatia, villis et territoriis ipsius abbatia, et juribus ejusdem, a loco dicto **Pierra Fuliz et infra**, per confines et limites superius declaratos, et ultra, longe et late, ubicunque se extendant, ipsum dominum Ludovicum, et hæredes assignatos et assignandos suos, investiendo corporaliter de eisdem, cum aquis, aquarum decursibus, piscariis, venationibus, juris, aris vulturum et avium quarumcunque, et aliis juribus, et actionibus omnibus et singulis quibuscunque, nihil juris, rationis, actionis, domini directi vel utilis, meri et mixti imperii, retinens in iisdem, constituens me, nomine præfati domini Ludovici, domini mei, prædicta, per me vendita, nomine precario possidere, donec idem præfatus dominus Ludovicus, vel hæredes sui, aut ejus successores, possessionem eorum apprehendant corporalem, quam apprehendere possit et valeat quoties et quando eidem placuerit et sibi videbitur expedire, sine requisitione auctoritatis superiorum, et sine juris et prætoris offensa, exceptis a dicta venditione et dic-

d'avouerie, de mère et mixte empire, d'omnimode juridiction, et de tous et un chacun des droits susdits par moi vendus et de tous les droits et actions qui m'appartiennent en quelle façon que ce soit dans la prédite abbaye et dans toute la vallée de la même abbaye, dans ses métairies, territoires et droitures, depuis le lieu dit **Pierra Fuliz et au-dessous**, dans les confins et limites ci-dessus énoncées et au-delà, en long et en large, quelle part qu'ils s'étendent, en invêtissant le même seigneur Louis et ses héritiers assignés et à assigner corporellement, avec les eaux, cours d'eaux, pêcheries, chasses, hautes joux, aires des oiseaux de proie et d'oiseaux quelconques, et tous et chacun des autres droits et actions que ce soit, ne retenant aucun droit, raison, action, domaine direct ou utile, mère ni mixte empire sur ces choses, reconnaissant que je ne possède que précairement les prédites choses, par moi vendues, et au nom du prédit seigneur Louis, jusqu'à ce que le même seigneur Louis, ou ses héritiers ou successeurs s'en mettent personnellement en possession,

tis rebus venditis modis et conditionibus infra scriptis :

Primo, quod ego, dictus Franciscus, et hæredes mei, et mei successores, non teneamur eidem domino Ludovico, domino meo, et hæredibus et successoribus suis ferre gerentiam de prædictis venditis, nec de evictione, nisi de facto meo proprio, videlicet de venditione seu obligatione per me factis de rebus prædictis.

Item, quod ego, et hæredes mei et mei successores, et gentes meæ de Sarrata, et totius districtus dicti loci, quæ nunc sunt, et posteritatis eorum, habeamus perpetuo, et habere debeamus, usum nostrum in juriis, nemoribus et pascuis existentibus infra fines prædictos, quem usum retineo, in perpetuum, pro me et meis gentibus supra dictis, sine aliquo tributo et servitute per me et gentes meas prædictas

possession qu'il pourra prendre toutes les fois qu'il lui plaira et quand bon lui semblera, sans être obligé de requérir l'autorité des supérieurs et sans offense du droit et du préteur, exceptant de la dite vendition et des dites choses vendues les modes et les conditions énoncées ci-dessous :

Premièrement, que moi, le dit François, ni mes héritiers, ni mes successeurs, ne seront point tenus de porter garantie des prédites choses vendues, ni de l'éviction d'icelles, au même seigneur Louis, mon seigneur, ni à ses héritiers et successeurs, sinon sur mon propre fait, savoir sur la vendition ou obligation par moi faites des choses prédites.

Item, que moi, mes héritiers et mes successeurs et mes gens de La Sarraz et de tout le district du dit lieu, tant ceux qui vivent à présent que leur postérité, nous ayons, et nous devions avoir, à perpétuité, notre usage dans les joux (forêts de sapins), forêts et paquiers existant au-dessous des prédits confins, lequel usage je retiens, à perpétuité, pour moi et mes gens susdits, sans aucun tribut ni servitude payables par moi

eidem domino , meo domino , Ludovico et hæredibus suis , pro dicto usu juriarum , nemorum et pascuorum prædicatorum , persolvendis , hoc acto et convento , inter me et dictum dominum Ludovicum , dominum meum , quod , quotiens continget gentes meas prædictas , et eorum posteritates , aliquid vehere , ducere , vel portare per dicta loca , vel per infra dictos confines , et transitum facere ultra Juriam versus Burgundiam , vel de ultra Juriam versus Vaudum , quod , in his casibus , quando contingent , gentes meæ prædictæ teneantur solvere pedagium , pro dictis rebus , dicto domino meo Ludovico , et hæredibus et successoribus suis , sicut pedagium solvitur , de rebus similibus , apud Cletas .

Item , retineo , ego , dictus Franciscus , dominus de Sarraza , pro me et meis hæredibus , successive , usum meum piscandi , vel facere piscari in dicto lacu juriensi pro hospitio meo , et pro me et hæredibus meis , quotiens et quando nobis videbitur expedire , quo quidem usu non obstante , dictus dominus meus , dominus Ludovicus et hæredes , seu ejus

ni mes prédites gens au même seigneur , mon seigneur Louis , ou à ses héritiers , pour le dit usage des joux , forêts et pacquiers prédits , ceci ayant été arrêté et convenu entre le dit seigneur Louis , mon seigneur , et moi que toutes les ( qu'autant de ) fois qu'il arrivera que mes prédits vassaux et leur postérité charrieront , mèneront ou porteront quelque chose par les dits lieux ou au-dessous des dites limites et passeront au-delà du Jura vers la Bourgogne , ou en deçà du Jura vers Vaud , que , dans ces cas , quand cela arrivera , mes prédites gens seront obligés de payer le péage pour les dites choses à mon dit seigneur Louis et à ses héritiers et successeurs comme on paie le péage aux Clées pour de semblables choses .

Item , moi , le dit François , seigneur de la Sarraz , je retiens , pour moi et mes héritiers successivement , mon usage de pêcher ou de faire pêcher dans le dit lac de Joux , pour ma maison , et pour moi et mes héritiers , autant de fois et quand nous le jugerons à propos , et toutefois , nonobstant le dit usage , mon dit seigneur , le seigneur Louis , et ses hé-

successores, possint facere, a dicto loco de Pierra-Fuliz, versus dictam abbatiam et ultra, in locis et territoriis prædictis et infra dictos confines, castra, domos, grangias, et villas pro suæ libitu voluntatis, in quibus castris, domibus et villis, grangiis, locis, confinibus et territoriis prædictis, ego, dictus Franciscus, dominus de Sarrata, et hæredes mei, qui pro tempore fuerint, habeamus perpetuo et habere debeamus vicedomnatum et esse vice domnus, et exercere officium vicedomnatus, et percipere emolumenta et jura ipsius vicedomnatus et prout vicedomnus Melduni percipit et percipere consuevit in vicedomnato de Melduno, quem vicedomnatum cum suis juribus teneo, et me tenere recognosco, pro me et meis hæredibus, in augmentum feudi in quo prædecessores mei tenebantur dicto domino meo Ludovico, ratione Comitatus Sabaudjæ.

Item, si contingat fieri esserta, infra dictos confines, ad faciendos campos, vel prata, levatis et recollectis fructibus ipsorum essertorum, camporum vel pratorum, quod gen-

ritiers, ou ses successeurs, pourront faire châteaux, maisons, granges et métairies (villages), selon leur désir et volonté, depuis le dit lieu de Pierra-Fuliz, vers la dite abbaye et au-delà, dans les prédits lieux et territoires et au-dessous des dits confins, sur lesquels châteaux, maisons, métairies, granges, lieux, confins et territoires prédits moi, le dit François, seigneur de La Sarraz, et mes héritiers, qui seront pour lors, nous aurons et devons avoir à perpétuité la vidamie et être vidomne et exercer l'office du vidomnat et en percevoir les émolumens et les droits comme le vidomne de Moudon les perçoit et a coutume de les percevoir dans la vidamie de Moudon, lequel vidomnat et ses droits je tiens et reconnais tenir, pour moi et mes hoirs, en augment du fief auquel mes prédécesseurs étaient tenus envers mon dit seigneur Louis à cause du comté de Savoie.

Item, s'il arrive qu'on fasse des esserts dans l'enceinte des dites limites, pour faire des champs, ou des prés, je réserve que, lorsque les fruits de ces esserts, soit champs,

tes meæ de Sarrata et de districtu et jurisdictione dicti loci possint uti et depascere animalia sua in ipsis essertis, campis, vel pratis, pro suæ libitu voluntatis.

Item, ego, dictus Franciscus, retineo, mihi et meis hæredibus, in perpetuum, a loco de Pierra-Fuliz, infra, in villis, terris, territoriis et hominibus dictæ abbatiæ existentibus infra jurisdictionem et territorium de Sarrata, omne jus advoëriæ, seu advocacionis, merum et mixtum imperium et omnimodam jurisdictionem, mihi et meis hæredibus, seu assignatis meis, nunc et in perpetuum; itaque, dictus dominus meus, Ludovicus, et hæredes sui, nullum jus advoëriæ, seu advocacionis, meri et mixti imperii et omnimodæ jurisdictionis in ipsis habeat et valeat exercere.

Item, retineo, mihi et meis hæredibus, omnia jura et omnes actiones mihi competentia et competentes quoquomodo contra dictum abbatem et con-

soit près, seront levés et recueillis, mes gens de La Sarraz, et du district et jurisdiction du dit lieu, pourront en profiter pour y faire paître leur bétail, dans ces esserts, champs, ou près, au gré de leur volonté.

Item, moi, le dit François, je retiens, pour moi et mes hoirs, à perpétuité, tout droit d'avouerie, soit patronage, mère et mixte empire et omnimode jurisdiction, depuis l'endroit de Pierra-Fuliz en dessous, sur les métairies, terres, territoires et hommes de la dite abbaye qui sont dans l'enceinte de la jurisdiction et du territoire de La Sarraz, pour moi et mes héritiers, soit ceux que j'ai désignés pour tels, et cette réserve est pour le présent et pour toujours; en conséquence, mon dit seigneur Louis, ni ses hoirs, n'aura et ne pourra exercer aucun droit d'avouerie, ou de patronage, de mère ni de mixte empire, ni d'omnimode jurisdiction sur eux.

Item, je retiens, pour moi et mes hoirs, tous droits et toutes actions qui m'appartiennent en quelle façon que ce soit contre les dits abbé et con-